Opus eſt ergo & fide firma & ſpiritus auxilio ei qui ſeipſum Deo eſt commendaturus, & ſe ei cuſtodiendum daturus. Neque verò vnuſquiſque ſeipſum ſolum, ſed etiam nos inuicem commendamus. Oportet enim non tantùm quærere quod ſuum eſt, ſed etiam aliorum, propter legem charitatis.

A ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἀεὶ παρθένου Μαρίας, μετὰ πάντων τῶν ἁγίων μνημονεύσαντες, ἑαυτοὺς, καὶ ἀλλήλους, καὶ πᾶσαν τὴν ζωὴν ἡμῶν τῷ Θεῷ παραθώμεθα. οὐ πάντων ἐστὶ τὸ παρατίθεσθαι ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ. οὐ γὰρ ἀρκεῖ τὸ εἰπεῖν, ἀλλὰ δεῖ καὶ τὸν Θεὸν συνῃνημένον ἔχειν. τοῦτο δὲ παρρησίας δεῖται πάντως, παρρησίαν δὲ καθαρὸν ποιεῖ συνειδός· ὅταν ἡ καρδία ἡμῶν μὴ καταγινώσκῃ ἡμῶν· ὅταν τὰ αὐτοῦ μεριμνῶμεν, ὅταν ὑπὲρ τοῦ μεριμνᾶν τὰ ἐκείνου, τῶν ἡμετέρων καταφρονῶμεν. τότε γὰρ αὐτοί τε ἀληθῶς ἀφιστάμεθα τῆς
B μερίμνης τῆς ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν, καὶ τῷ Θεῷ ταύτην παρατιθέμεθα ἀσφαλῶς· πιστεύοντες βεβαίως, ὅτι δέξεται τὴν παρακαταθήκην ἡμῶν καὶ φυλάξει. ἐπεὶ τοίνυν τοσαύτης δεῖται τὸ πρᾶγμα φιλοσοφίας τε καὶ σπουδῆς, διὰ τοῦτο νῦν μὲν πανάγιον τὴν Θεοῦ μητέρα, καὶ τὸν τῶν ἁγίων ἅπαντα κύκλον εἰς ἐπικουρίαν καλέσαντες, οὕτω ποιούμεθα τὴν παράθεσιν. τοῦτο γὰρ βούλεται τὸ μνημονεῦσαι, τὸ καλέσαι, τὸ δεηθῆναι. νῦν δὲ τὴν ἑνότητα τῆς πίστεως, καὶ τὴν κοινωνίαν τοῦ ἁγίου πνεύματος αἰτησάμενοι πρότερον, εἶτα ἑαυ-
C τοὺς καὶ ἀλλήλους, καὶ πᾶσαν τὴν ζωὴν ἡμῶν παρατιθέμεθα τῷ Θεῷ. τί δέ ἐστιν ἡ τῆς πίστεως ἑνότης; ἀνὴρ, φησι, δίψυχος, ἀκατάστατος ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ· δίψυχον λέγων τὸν ἀμφίβολον, τὸν οὐδαμοῦ βέβαιον. ὁ γὰρ τοιοῦτος ἐφ' ἑκατέρας κλίνων, οὐδετέρωθι βαίνει βεβαίως. τούτου τὸ ἐναντίον δηλοῦται διὰ τῆς ἑνώσεως, τὸ πάγιον, τὸ βέβαιον, τὸ ἑστώς. ὁ μὲν γὰρ πιστεύων βεβαίως, ἕν τι γινώσκει περὶ τοῦ πράγματος, ἢ τὸ εἶναι ἢ τὸ μὴ εἶναι. ὁ δὲ ἀμφίβολος πρὸς ἄμφω ῥέπων, καὶ ἀπὸ τῆς προσηγορίας γίνεται δῆλος.
D τοῦτο μὲν ἡ τῆς πίστεως ἑνότης· τὸ ἀκίνητον, τὸ πάσης ἀμφιβολογίας ἀπηλλαγμένον. ἡ δὲ τοῦ ἁγίου πνεύματος κοινωνία, τὴν ἐκείνου σημαίνει χάριν· λέγεται δὲ κοινωνία, ὅτι τοῦ Κυρίου διὰ τοῦ σταυροῦ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ, τὸ μεταξὺ Θεοῦ καὶ ἡμῶν καθελόντος, ἐπεὶ τοὺς τότε διϊσταμένους καὶ μηδὲν ἔχοντας κοινὸν, συνιέναι καὶ κοινωνεῖν ἔδει λοιπὸν, ἡ τοῦ ἁγίου πνεύματος πρὸς τοὺς ἀποστόλους ἐπιδημία τοῦτο ποιεῖ. ἐντεῦθεν γὰρ τὸ ἅγιον βάπτισμα καὶ πᾶσα ἡ τῶν θείων χαρίτων πηγὴ τοῖς ἀνθρώποις ἀνέῳγε, καὶ κατὰ τὸν μακάριον Πέτρον θείας γεγόναμεν κοινωνοὶ φύσεως. δεῖ τοίνυν καὶ πίστεως βεβαίας, καὶ τῆς παρὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος
E βοηθείας, τῷ μέλλοντι καλῶς ἀνατιθέναι τῷ Θεῷ ἑαυτόν. καὶ οὐχ ἑαυτὸν ἕκαστος μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀλλήλους παρατιθέμεθα. δεῖ γὰρ οὐ τὸ ἑαυτοῦ ζητεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν ἄλλων, διὰ τὸν τῆς ἀγάπης νόμον.

ΚΕΦΑΛ. ιε'.

Περὶ τῶν λεγομένων ἀντιφώνων, καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς εὐχῶν.

Ἐν ὅσῳ δὲ τὰς αἰτήσεις ὁ διάκονος ἐξηγεῖται, καὶ ὁ ἱερεὺς λαὸς εὔχεται. ὁ ἱερεὺς δὲ ἔνδον εὐχὴν ποιούμενος ἡσυχῇ καὶ καθ' ἑαυτὸν, ὑπὲρ τῶν παρεστώτων, καὶ τοῦ ἁγίου οἴκου, πλούσια χυθῆναι αὐτοῖς τὰ ἐλέη παρὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ τοὺς οἰκτιρμούς· καὶ προστίθησι τὴν αἰτίαν, δι' ἣν αὐτὸς ταῦτα αἰτεῖται, καὶ ὁ Θεὸς αὖ παρέχει τὰ ἑαυτοῦ δίκαια, οὐ τῷ, ἀξίους εἶναι τοὺς αἰτουμένους, οὐχ ὅτι δίκαιοι λαβεῖν ἡμεῖς, ἀλλ' ὅτι σοὶ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις. διὰ τὴν σὴν δόξαν ταῦτα δέομαί σου φησί. τὸ γὰρ οὕτω φιλανθρωπεύεσθαι πρὸς τοὺς ἀναξίους ἡμᾶς, ὑπὲρ τῆς σῆς ἐστὶ δόξης. τοῦτο δὲ τὸ δοξάζεσθαι πρέπει σοι κατ' ἐκεῖνο τὸ τοῦ μακαρίου Δαβὶδ, μὴ ἡμῖν, ἀλλὰ τῷ ὀνόματί σου δὸς δόξαν. διὰ τοῦτο τὴν εὐχὴν τελέσας, τὴν αἰτιολογίαν ταύτην, ὅτι καὶ ἀκροτελεύτιος οὖσα καὶ δοξολογία ἐστὶν, εἰς ἐπήκοον πάντων ἀναγινώσκει, ἵνα τοῦ ὕμνου κοινωνοὺς ἅπαντας λάβῃ, καὶ ὑπὸ πάσης τῆς ἐκκλησίας ὁ Θεὸς ὑμνηθῇ. καὶ τοίνυν ἀκούοντες κοινωνοῦσιν αὐτῷ τοῦ ὕμνου. εἰπόντος γὰρ τοῦ ἱερέως καὶ δοξολογήσαντος, οἱ πιστοὶ πάντες τὸ ἀμὴν ἐπιλέγουσι, καὶ τοῦτο τὸ ῥῆμα βοήσαντες οἰκειοῦνται πάσας τὰς ἐκείνου φωνάς. εἶτα τῆς ἱερᾶς ψαλμῳδίας ἄρχεται μὲν ὁ ἱερεὺς· πληροῦσι δὲ τὸ πᾶν οἱ παρεστῶτες, τὰ θεόπνευστα τῶν ἱερῶν προφητῶν ᾄδοντες ῥήματα. ἀγαθὸν τὸ ἐξομολογεῖσθαι τῷ Κυρίῳ καὶ ψάλλειν τῷ ὀνόματί σου ὕψιστε· ἀρχῇ πρέπον εὐθὺς τὸ ῥῆμα, ὅτι περὶ αὐτοῦ λέγει τοῦ ὕμνου, ὅτι ἀγαθὸν, ὃ δεῖ πάντως εἰδέναι πρὸ παντὸς ὕμνου· ἐξομολογεῖσθαι λέγων, τὸ εὐχαριστεῖν, τὸ ὑμνεῖν. τούτων δὲ καὶ τῶν ἑξῆς ὑμνηθέντων, ὁ διάκονος εἰς εὐχὴν προτρέπεται τοὺς πιστοὺς, οἷα καὶ πρότερον αἰτεῖσθαι κελεύων. ἐν ὅσῳ δὲ ἡ ψαλμῳδία ἐπληροῦτο, καὶ οἱ πιστοὶ ηὔχοντο, ὁ ἱερεὺς ἔνδον εὐχὴν ποιησάμενος εἰς τὸν Θεὸν, καθόλου τε περὶ τοῦ πληρώματος τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἰδίως ὑπὲρ τῶν κοσμούντων τὸν ἅγιον αὐτοῦ οἶκον, καὶ λαμπρὸν πανταχόθεν ἀποδεικνύναι ἐπιθυμούντων, ἵνα καὶ αὐτοὶ παρ' αὐτοῦ δοξασθῶσιν, αἰτίαν προστίθησιν ἐπικαιροτάτην, ὅτι σὸν τὸ κράτος, καὶ σοῦ ἐστὶν ἡ βασιλεία. παρὰ τοῖς βασιλεῦσι, φησὶν, ἡ δόξα, καὶ τὸ δύνασθαι λαμπροὺς ποιεῖν, οὓς ἂν βούλωνται. σὺ δὲ βασιλεὺς αἰώνιος, καὶ σὸν τὸ κράτος, καὶ σοῦ ἐστὶν ἡ βασιλεία. καὶ ταύτην τὴν αἰτιολογίαν, ὡς δοξολογίαν οὖσαν βοήσας ἐν τοῖς ἁπάντων ὠσὶ τῶν πιστῶν, καὶ κοινωνοὺς λαβὼν τοῦ πρὸς τὸν Θεὸν ὕμνου, καθάπερ καὶ πρότερον, αὖθις τῆς ψαλμῳδίας ἄρχεται, καὶ οἱ πιστοὶ συμπληροῦσιν, εἶτα αἰτοῦνται παρὰ Θεοῦ τὰς αἰτήσεις, ὧν ὁ διάκονος ἐξηγεῖται, κατὰ τὰ πρότερον εἰρημένα.

CAP. XV.

De Antiphonis quæ dicuntur, & precibus quæ in ipſis ſunt.

INTEREA autem dum petitiones præit Diaconus, & ſacer orat populus, Sacerdos intus orat per ſe ſubmiſſa voce, pro aſtantibus, & pro hac ſancta domo, vt eis diuites effundantur miſericordiæ & miſerationes à Deo: & adiicit cauſam propter quam & ipſe hæc petit, & Deus quæ petiuit, iuſtè præbuerit, nō quòd digni ſint qui ſunt accepturi, non quòd ea iure accipere mereamur, ſed quia tibi conuenit omnis gloria, honor & adoratio. Propter tuam gloriam, inquit, hæc te rogo. Benignum enim & munificum eſſe in nos qui ſumus indigni, ad tuam gloriam pertinet: hoc autem, ſcilicet glorificari, tibi conuenit, vt eſt illud B. Dauid: Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Propterea cùm perfecit orationem, hanc cauſæ allationem, quæ & eſt in extrema parte, & eſt glorificatio, legit omnibus audientibus, vt omnes hymni participes accipiat, & Deus ab omni Eccleſia laudetur. Audientes ergo, ſunt hymni cum illo participes. Poſtquam enim ille dixit, & glorificauit, fideles omnes Amen dicunt, & cùm hoc verbum acclamarunt, omnes illius voces vt proprias ſibi aſſumunt. Deinde ſacras Pſalmodias incipit quidem Sacerdos, implent autem vniuerſum ij qui circunſtant, diuinitus inſpirata ſacrorum Prophetarum verba canentes; Bonum eſt confiteri Domino, & pſallere nomini tuo Altiſſime: Principio conueniens ſtatim verbum, quia de ipſo dicit hymno, quòd eſt bonum, quod oportet omnino ſcire ante omnem hymnum, appellans confiteri, gratias agere, hymnos canere. His autem & iis quæ ſequuntur cantatis, Diaconus fideles ad orationem adhortatur. Interea autem dum peragebantur pſalmodiæ, & fideles orabant, Sacerdos poſtquam intus ad Deum fecit orationem, & generaliter pro toto corpore Eccleſiæ, & ſeorſum pro iis qui ſanctam domum eius ornant, & eam vndiquaque ſplendidam reddere deſiderant, vt & ipſi ab ipſo glorificentur: cauſam adiicit in primis opportunam & conuenientem: Quia tua eſt potentia, tuum eſt regnum. Apud Reges, inquit, eſt gloria, & poſſe ſplendidos efficere quos voluerit. Tu autem Rex æternus, & tua eſt potentia, & tuum eſt regnum. Et cùm hanc cauſæ redditionem, vtpote quæ ſit glorificatio, omnium fidelium auribus inclamauit, & nos hymni ad Deum participes effecit, ſicut & priùs rurſus incipit pſalmodias, & fideles eas complent. Deinde petunt à Deo petitiones, quas præit Diaconus, vt antè dictum eſt,

Sacerdos autem rurſus facta oratione pro iis qui vnà cum eo precantur fidelibus, vt quæ vnuſquiſque priuatim petit, à Deo conſequatur, prout ei vtile fuerit, & præterea vitam æternam in futuro; adiicit cauſam, ipſius bonitatem & clementiam. Quam vtpote vltimam, poſtquam omnibus audientibus dixit, incipit tertiam pſalmodiam. Quæ dum canitur, Euangelium introducitur ſtipatum lampadibus, omnibus iis deducentibus qui ſunt miniſtri altaris, Diacono ipſum afferente, vel, ſi non adſit, Sacerdote. Sacerdos autem, quando eſt ad altare ingreſſurus, ſtans paruo interiecto ſpatio ante fores, donec completa fuerit pſalmodia, orat Deum, vt ſancti Angeli vnà cum Deo ingrediantur, intrante ad altare, & ſacrificium contrectent, & ſint cum ipſo glorificationis participes, & adiicit cauſam: Quia & ab hominibus & ab Angelis conuenit ipſum glorificari & adorari. Hoc enim ſibi vult illud: Omnis gloria, honor, & adoratio ab omnibus qui Deum glorificare, honorare, & adorare ſciunt. Et hæc precatus, ingreditur ad altare, & ponit ſuper ſanctam menſam Euangelium.

CAP. XVI.

Significatio ſacrificij in ſumma.

NECESSE eſt autem ab alto ſigillatim perſequi verba pſalmodiarum, ſi priùs illud dixerimus, quòd myſterium incarnationis Chriſti ſignificatur quidem per ipſum ſacrificium: ſignificatur autem etiam per ea quæ præcedunt ſacrificium, & per ea quæ poſt ſacrificium & fiunt & dicuntur. Sacrificium enim mortem ipſius annuntiat, & reſurrectionem, & aſſumptionem, quoniam pretioſa dona in ipſum dominicum corpus mutantur, quod reſurrexit, quod in cœlos aſcendit. Quæ autem ante ſacrificium fiunt, ea quæ ante mortem fuerunt, aduentum, oſtenſionem, perfectam manifeſtationem: Quæ verò poſt ſacrificium, patris promiſſionem, vt ipſe dixit, Spiritus ad Apoſtolos deſcenſum, gentium per illos ad Deum conuerſionem & communionem. Et eſt vniuerſa myſterij celebratio, veluti vnum quoddam corpus hiſtoriæ ab initio vſque ad finem conuenientiam & integritatem conſeruans, adeò vt vnumquodque eorum quæ fiunt vel dicuntur, ſeparatim aliquid ad vniuerſi confectionem conferat. Vnde Pſalmi vt qui in diuini myſterij celebrationis exordio canũtur, primum tempus Chriſti incarnationis ſignificant. Quæ autem ea conſequuntur, nempe ſacrarum ſcripturarum lectiones, & reliqua, id quod deinceps ſequitur. Atqui alia eſſe cauſa dicta eſt

A Ὁ δὲ ἱερεὺς πάλιν εὐχὴν ποιησάμενος ὑπὲρ τῶν συνευχομένων αὐτῷ πιστῶν, ἵνα ὧν ἕκαστος ἰδίᾳ αἰτεῖται, τύχοι κατὰ τὸ αὐτῷ συμφέρον παρὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἔτι ζωῆς αἰωνίου ἐν τῷ μέλλοντι· προστίθησιν αἰτίαν, τὴν αὐτοῦ ἀγαθότητα, καὶ φιλανθρωπίαν· ἣν καὶ ἀκροτελεύτιον οὖσαν εἰς ἐπήκοον τῶν ἁπάντων εἰπὼν, τῆς ἄρχεται ψαλμῳδίας τρίτης, ἧς ᾀδομένης τὸ εὐαγγέλιον εἰσάγεται δορυφορούμενον, ὑπὸ λαμπάσι καὶ θυμιάμασι, πάντων προπεμπόντων, ὅσοι τοῦ βήματος, τοῦ διακόνου αὐτὸ κομίζοντος, ἢ εἰ μὴ παρὼν τύχοι, τοῦ ἱερέως. Ὁ δὲ ἱερεὺς ἐν ᾧ εἰς τὸ θυσιαστήριον εἰσιέναι μέλλει, B στὰς πρὸ τῶν θυρῶν ἐκ μικροῦ διαστήματος, ἕως ἡ ψαλμῳδία πληρωθῇ, εὔχεται τῷ Θεῷ ἁγίους ἀγγέλους συνεισελθεῖν, εἰς τὸ θυσιαστήριον εἰσιόντι, καὶ συνεφάψασθαι τῆς ἱερουργίας, καὶ κοινωνῆσαι τῆς πρὸς Θεὸν δοξολογίας αὐτῷ. Καὶ προστίθησιν αἰτίαν, ὅτι παρὰ ἀνθρώπων καὶ παρὰ ἀγγέλων πρέπει αὐτὸν δοξάζεσθαι, καὶ προσκυνεῖσθαι. Τοῦτο γὰρ βούλεται, ἡ πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις ἡ παρὰ πάντων, τῶν δοξάζειν Θεὸν εἰδότων, ἢ προσκυνεῖν. Καὶ ταῦτα εὐξάμενος εἰς τὸ θυσιαστήριον εἰσέρχεται, καὶ τίθησιν ἐπὶ τῆς ἁγίας τραπέζης τὸ εὐαγγέλιον.

C

ΚΕΦΑΛ. ις'.

Σημασία τῆς ἱερουργίας ἐν κεφαλαίῳ.

ΑΝΑΓΚΑΙΟΝ δὲ ἄνωθεν καθ' ἕκαστον μέρος ἐπελθεῖν τῶν ψαλμῳδιῶν τὰ ῥήματα, ἐκεῖνο πρότερον εἰπόντας· ὅτι τὸ μυστήριον τῆς οἰκονομίας τοῦ Χριστοῦ, σημαίνεται μὲν διὰ τῆς θυσίας αὐτῆς· σημαίνεται δὲ, καὶ διὰ τῶν πρὸ τῆς θυσίας, καὶ τῶν μετὰ τὴν θυ- D σίαν, τελουμένων καὶ λεγομένων. Ἡ μὲν γὰρ θυσία τὸν θάνατον αὐτοῦ καταγγέλλει, καὶ τὴν ἀνάστασιν, καὶ τὴν ἀνάληψιν, ὅτε τὰ τίμια δῶρα εἰς αὐτὸ τὸ Κυριακὸν μεταβάλλει σῶμα, τὸ ἀναστὰν, τὸ εἰς οὐρανοὺς ἀνεληλυθός. Τὰ δὲ πρὸ τῆς θυσίας, τὰ πρὸ τοῦ θανάτου, τὴν παρουσίαν, τὴν ἀνάδειξιν, τὴν τελείαν φανέρωσιν, τὰ δὲ μετὰ τὴν θυσίαν, τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πατρὸς, ὡς αὐτὸς εἶπε, τὴν τοῦ πνεύματος ἐπὶ τοὺς ἀποστόλους κάθοδον, τὴν τῶν ἐθνῶν δι' ἐκείνων πρὸς Θεὸν ἐπιστροφήν τε καὶ κοινωνίαν. Καὶ ἔστιν E ἡ πᾶσα μυσταγωγία καθάπερ τι σῶμα ἓν ἱστορίας, ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους τὴν συμφωνίαν καὶ ὁλοκληρίαν φυλάττον· ὥστε ἕκαστον τῶν τελουμένων, ἢ λεγομένων ἰδίαν τινὰ συντέλειαν τῇ ὁλότητι παρέχειν. Ὅθεν οἱ ψαλμοὶ, ὡς ἂν ἐν προοιμίοις τῆς μυσταγωγίας ᾀδόμενοι, τὸν πρότερον καιρὸν τῆς τοῦ Χριστοῦ οἰκονομίας σημαίνουσι· τὰ δὲ μετὰ τοῦτον, αἵ τε τῶν ἱερῶν γραφῶν ἀναγνώσεις, καὶ τὰ ἄλλα, τὸ ἐφεξῆς. Καὶ μὴν ἄλλη τις εἶναι εἴρηται ἡ αἰτία τῶν

ψαλμῳδιῶν τε, καὶ τῶν γραφῶν· προκαθαρσίας τινὰ πρὸς τὰ μυστήρια, καὶ παρασκευάς· ἀλλ' οὐδὲν κωλύει καὶ τοῦτο κἀκεῖνο δύνασθαι, καὶ τὰ αὐτὰ καὶ τοὺς πιστοὺς ἁγιάζειν, καὶ τὴν οἰκονομίαν σημαίνειν. καθάπερ γὰρ τὰ ἱμάτια πληροῦσι μὲν τὴν χρείαν τῆς ἐνδύσεως, καὶ καλύπτουσι τὸ σῶμα, τῷ δὲ τοιάδε εἶναι, ἢ τοιάδε, καὶ ἐπιτήδευμα σημαίνουσι, καὶ βίον, καὶ ἀξίαν τῶν περικειμένων· οὕτω καὶ ἐπὶ τούτων ἔχει. ὅτι μὲν γὰρ ὅλως θεῖαι γραφαί, καὶ θεόπνευστα ῥήματα τὰ ᾀδόμενα καὶ ἀναγινωσκόμενα, τοὺς ἀναγινώσκοντας καὶ ᾄδοντας ἁγιάζει. ὅτι δὲ τοιαῦτα ἐξελέγη, καὶ οὕτως ἐτάχθησαν, καὶ τὴν ἄλλην δύναμιν ἔχουσι, καὶ ἀρκοῦσι πρὸς σημασίαν τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας καὶ πολιτείας. ἐπεὶ οὐ μόνον τὰ ᾀδόμενα καὶ λεγόμενα, ἀλλὰ καὶ τὰ τελούμενα, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, καὶ γίνεται μὲν ἕκαστον τῆς χρείας ἕνεκα τῆς ἐνισταμένης. σημαίνει δὲ καί τι τῶν τοῦ Χριστοῦ ἔργων ἢ πράξεων, ἢ παθῶν· οἷόν ἐστιν, ἡ εἰς τὸ θυσιαστήριον εἰσαγωγὴ τοῦ εὐαγγελίου, ἢ εἰσαγωγὴ τῶν τιμίων δώρων. γίνονται μὲν γὰρ κατὰ χρείαν ἑκάτερα, ἡ μὲν ἵνα τὸ εὐαγγέλιον ἀναγνωσθῇ, ἡ δὲ ἵνα ἡ θυσία τελεσθῇ. σημαίνουσι δὲ ἀμφότεραι, τὴν τοῦ Κυρίου ἀνάδειξιν ἢ φανέρωσιν. ἡ μὲν ἀρχομένου φανεροῦσθαι τὴν ἀμυδρὰν ἔτι καὶ ἀτελῆ, ἡ δὲ τὴν τελεωτάτην καὶ τελευταίαν. εἰσὶ δὲ καὶ τῶν ἐν τῇ μυσταγωγίᾳ τελουμένων ἔνια, χρείαν μὲν οὐδεμίαν πληροῦντα, σημασίας δὲ ἕνεκα μόνον τελούμενα, ὡς ἡ λόγχη, καὶ ἡ τοῦ ἄρτου κέντησις, καὶ ἡ ἐν αὐτῷ γραφὴ τοῦ σταυροῦ, καὶ τὸ τελευταῖον ἡ εἰς τὰ ἅγια ἐκβολή. καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις δὲ μυστηρίοις, πολλὰ τοιαῦτα ἂν εὕροις, ὥσπερ ἐν τῷ βαπτίσματι, τὸ λούεσθαι μέλλοντας, ὑποδύεσθαι δεῖ καὶ ἀποδύεσθαι, καὶ εἰς τὰς δυσμὰς βλέποντας τὰς χεῖράς τε ἀποτείνειν, καὶ ἐμφυσᾷν. ταῦτα γὰρ καὶ ἕτερα τοιαῦτα, χρείαν μὲν οὐδεμίαν εἰς τὸ μυστήριον εἰσάγουσι· διδάσκουσι δὲ τὸν τελούμενον, τὸ μῖσος καὶ τὴν ἔχθραν, ἣν πρὸς τὸν πονηρὸν ἔχειν ἀνάγκη, καὶ ὅπως αὐτὸν ἐκτρέπεσθαι χρή, τὸν μέλλοντα Χριστιανὸν ἀληθῆ εἶναι. τούτων οὕτως ἐχόντων θεωρῶμεν τὴν ἱερουργίαν ἅπασαν κατὰ μέρος, καθ' ὅσον τῆς τοῦ σωτῆρος οἰκονομίας εἰκόνα φέρει· καὶ πρότερον τὰς ψαλμῳδίας.

ΚΕΦΑΛ. ιζ.

Ἐξήγησις τῶν πρώτων ἀντιφώνων.

ΗΜΕΝ οὖν πρώτη προτροπή ἐστιν εἰς δοξολογίας ἀρχομένοις πρέπουσα· ἀγαθόν, φησι, τὸ ἐξομολογεῖσθαι τῷ Κυρίῳ· ὁ ὕμνος πρὸς τὸν Θεὸν καὶ πατέρα, καὶ περὶ τοῦ μονογενοῦς. ἀγαθὸν

A ſcripturarum & pſalmodiarum, quòd ſint ſcilicet purgationes & præparationes ad ſacra myſteria. Sed nihil prohibet ea & hoc & illud poſſe, & eadem & fideles ſanctificare, & incarnationis myſterij œconomiam ſignificare. Quemadmodum enim veſtes implent quidem vſum amictus, & corpus tegunt, eò autem quòd tales ſunt vel tales, & ſtudium vitæque exercitium ſignificant, & dignitatem eorum qui induti ſunt: ita etiam ſe habet in his. Quòd enim ſunt omnino diuinæ ſcripturæ, & verba B diuinitus inſpirata quæ canuntur & leguntur: eos qui legunt & canunt, ſanctificant. Quòd autem talia electa ſunt, & ſic ordinata, etiam aliam habent poteſtatem: & ſufficiunt ad ſignificandum Chriſti aduentum & eius inſtitutionem. Non ſolùm enim ea quæ canuntur & dicuntur, ſed etiam quæ ſunt, eodem modo ſe habent, & fit vnumquodque propter vſum præſentem: ſignificat autem etiam aliquid ex operibus, vel actionibus, vel paſſionibus Chriſti. Sicut eſt Euangelij ad altare allatio, pretioſorum donorum importatio. Fit C enim vtrumque quidem ad vſum: illa quidem vt Euangelium tegatur, hæc verò vt peragatur ſacrificium. Significant autem vtræque Domini oſtenſionem & manifeſtationem: illa quidem eius incipientis manifeſtari, adhuc obſcuram exilémque & imperfectiſſimam: illa autem perfectiſſimam & vltimam. Sunt autem etiam eorum quæ in myſtica celebratione fiunt, quæ nullum vſum implent, ſignificandi autem gratia tantùm fiunt, vt lancea & panis punctio, & crucis inſcriptio, & poſtre- D mò aquæ calidæ in ſancta iniectio. Quinetiam in aliis ſacramentis multa eiuſmodi inueneris: quemadmodum in baptiſmo eos qui ſint tingendi, ſe & calceis & veſtibus exuere oportet, & ad occidentem aſpicientes, manus tendere, & inſufflare. Hæc enim & alia eiuſmodi nullum quidem vſum ad ſacramentum inducunt: ſed docent eum qui initiatur, odium & inimicitias, quas aduerſus malignum gerere neceſſe eſt, & quomodo oportet malignum auerſari, eum qui verus Chriſtianus futurus eſt. His ita ſe habentibus, contemplemur ſigillatim vniuer- E ſum ſacrificium, quatenus Seruatoris incarnationis fert imaginem: Et primùm pſalmodias.

Cap. XVII.

Interpretatio primæ Antiphonæ.

PRIMA ergo eſt adhortatio ad glorificationem, incipientibus conueniens. Bonum, inquit, confiteri Domino. Hymnus ad Deum & Patrem, & de vnigenito: Bonum

eſt confiteri Domino, & canere nomini tuo Altiſſime: altiſſimum patrem dicens, Dominum vnigenitum. Bonum laudare filium, & patrem. Et quid hæc ſibi volunt? Ad ea quæ ſunt deinceps dicenda exordium ducit. Eſt enim vtriſque communem hymnum dicturus. Quomodo? Clamabit ea quæ ſunt filij: per quæ pater quoque glorificatus eſt. Quænam eſt enim laudationis occaſio? Filij exinanitio & paupertas, in carne opera & paſſiones: ea enim vocat miſericordiam & veritatem. Miſericordiam quidem, quòd omnium miſerrimè affectos, cùm eius eſſemus inimici & hoſtes, propter multam ſuam benignitatem & clementiam non deſpexit: & non ſolùm noſtræ calamitatis miſertus eſt, ſed ipſorum etiam malorum fuit ſocius & particeps, interitus & mortis: & non ſolùm nos erexit à graui illo caſu, ſed regno etiam & maximis bonis dignatus eſt. Quocirca Paulus quoque, Quando, inquit, benignitas & humanitas apparuit Seruatoris noſtri, Dei, vt quæ nunc primùm oſtenſa & manifeſtata eſt quanta ſit. Et Dominus, ſic Deus dilexit mundum, inſignem dilectionem hoc verbo oſtendens. Miſericordiam ergo his de cauſis vocat ſuſceptæ carnis œconomiam. Veritatem autem, quia velut vmbræ & figuræ vetera omnia ad eam reſpiciebant. Propterea de ea loquens Propheta, Iurauit, inquit, Dominus, Dauid, veritatem. Quæ ſunt enim quæ iurata ſunt? Domini per carnem peregrinatio, & recta vitæ inſtitutio. De fructu, inquit, ventris tui ponam ſuper ſedem tuam, ipſum Seruatorem ſignificat. Et vndenam hoc ſciri poteſt? Gabriel docuit in iis in quibus arcanum partum ſignificans, & quantus ſit qui naſciturus eſt, docens, Dabit ei, inquit, Dominus Deus ſedem Dauid patris ſui, & regnabit ſuper domum Iacob in ſecula, & regni eius non erit finis. Sed ipſa veritas eſt & iudicium & iuſtitia. Quonam modo? Quia ſeruator in ea erecto peccato, & diabolo interfecto, non inſigni aliquo robore, nec quod potentia vinceret, hoc fecit, ſed iudicio & iuſtitia, ſicut dictum eſt: Iuſtitia & iudicium præparatio ſedis tuæ: ſicut & nos in iudiciis aduerſarios ſententia iudicum vincimus. Propterea, Nunc eſt, inquit, iudicium mundi huius, nunc princeps mundi huius eiicitur foras. Hæc ſciens beatus Dionyſius, diuinæ bonitatis maximè infinitam dicit benignitatem, defectricis multitudinis, dæmonum ſcilicet, potentiam aduerſus nos diſſoluere, non per potentiam, tanquam exuperantem, ſed vt myſticè dicit traditum eloquium, in iudicio, & iuſtitia.

A τὸ ἐξομολογεῖσθαι τῷ Κυρίῳ, καὶ ψάλλειν τῷ ὀνόματί σου, ὕψιστε· ὕψιστον πατέρα λέγων Κύριον τὸν μονογενῆ· ἀγαθὸν, τὸν υἱὸν ὑμνεῖν, καί σε τὸν πατέρα. καὶ τί βούλεται ταῦτα; πρὸς τὰ ἑξῆς τοῦ λόγου προοιμιάζεται. μέλλει γὰρ κοινὸν αὐτοῖς ποιεῖσθαι τὸν ὕμνον. τίνα τρόπον; τὰ τοῦ υἱοῦ βοήσει, δι' ὧν καὶ ὁ πατὴρ ἐδοξάσθη. τίς γὰρ ἀφορμὴ τῆς ὑμνήσεως; ἡ τοῦ υἱοῦ κένωσις, καὶ πτωχεία, τὰ διὰ τῆς σαρκὸς ἔργα καὶ πάθη. ταῦτα γὰρ ἔλεος καὶ ἀλήθεια. ἔλεος μὲν, ὅτι πάντων ἀθλιώτατα διακειμένους,
B καὶ ἐχθροὺς ὄντας, καὶ πολεμίους αὐτοῦ, διὰ πολλὴν χρηστότητα, καὶ φιλανθρωπίαν, οὐ περιεῖδε, καὶ οὐ συνεπάλγησε μόνον τῆς συμφορᾶς ἡμῖν, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν ἐκοινώνησε τῶν κακῶν, φθορᾶς καὶ θανάτου, καὶ οὐδὲ ἀνέστησε μόνον ἐκείνου τοῦ χαλεποῦ πτώματος, ἀλλὰ καὶ βασιλείας, καὶ τῶν μεγίστων ἠξίωσεν ἀγαθῶν. διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος· ὅτε φησὶν ἡ χρηστότης καὶ ἡ φιλανθρωπία ἐπεφάνη τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ, ὡς τηνικαῦτα πρῶτον φανερωθείσης ὅση τίς ἐστι. καὶ ὁ Κύριος· οὕτως ἠ-
C γάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον· τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἀγάπης ἐκφαίνων τῷ ῥήματι τούτῳ. ἔλεος μὲν τούτων ἕνεκα, τὴν οἰκονομίαν καλεῖ· ἀλήθειαν δὲ ὅτι καθάπερ σκιαὶ καὶ τύποι πρὸς αὐτὴν τὰ παλαιὰ πάντα ἑώρα. διὰ τοῦτο περὶ αὐτῆς ὁ προφήτης λέγων, ὤμοσε Κύριος, φησὶ, τῷ Δαβὶδ ἀλήθειαν. τίνα δὲ τὰ ὀμωμοσμένα; ἡ τοῦ Κυρίου διὰ σαρκὸς ἐπιδημία, καὶ πολιτεία. ἐκ καρποῦ φησὶ τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τοῦ θρόνου σου, αὐτὸν δηλῶν τὸν σωτῆρα. καὶ πόθεν δῆλον; ὁ Γαβριὴλ ἐδίδαξεν, ἐν οἷς τὸν ἀπόρρητον τόκον τῇ παρ-
D θένῳ μηνύων, καὶ τὸν τεχθησόμενον ἡλίκος ἔσται διδάσκων, δώσει αὐτῷ, φησὶ, Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. ἀλλ' αὐτὴ ἡ ἀλήθεια, καὶ κρίσις ἐστὶ καὶ δικαιοσύνη· τίνα λόγον; ὅτι ὁ σωτὴρ ἐν αὐτῇ τὴν ἁμαρτίαν ἐκβάλλων, καὶ τὸν διάβολον ἀποκτείνας, οὐχ ὑπερβολῇ ἰσχύος, οὐδὲ τῷ νικᾷν δυνάμει τοῦτο ἐποίησεν· ἀλλὰ κρίσει, καὶ δικαιοσύνῃ, κατὰ τὸ εἰρημένον, δικαιοσύνη καὶ κρίμα ἑτοιμασία τοῦ θρόνου σου. καθάπερ ἡμεῖς ἐν τοῖς δι-
E καστηρίοις, τοὺς ἀντιδίκους αἱροῦμεν τῇ ψήφῳ τῶν δικαστῶν, διὰ τοῦτό φησι, νῦν κρίσις ἐστὶ τοῦ κόσμου τούτου· νῦν ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου ἐκβληθήσεται ἔξω· ταῦτα εἰδὼς ὁ μακάριος Διονύσιος, τὴν τῆς θεαρχικῆς ἀγαθότητος ἀπειροτάτην φιλανθρωπίαν φησὶ τῆς ἀποστατικῆς πλήθους, τῶν δαιμόνων δηλονότι, τὸ καθ' ἡμῶν καταλῦσαι κράτος, οὐ κατὰ δύναμιν ὡς ὑπερισχύουσαν· κατὰ δὲ τὸ μυστικῶς ἡμῖν παραδοθὲν λόγιον, ἐν κρίσει, καὶ δικαιοσύνῃ.

ἐπεὶ τοίνυν τὸ ὑμνούμενον, οὐ μόνον ἔλεος καὶ ἀλήθεια, ἀλλὰ καὶ δικαιοσύνη ἐστὶ καὶ κρίσις, διὰ τοῦτο ἐπήγαγεν ὁ ψαλμῳδὸς, ὅτι εὐθὺς ὁ Κύριος ἡμῶν Θεὸς, καὶ οὐκ ἔστιν ἀδικία ἐν αὐτῷ. ἀγαθὸν τὸ ἀναγγέλλειν, φησὶ, τὸ πρωῒ τὸ ἔλεός σου, καὶ τὴν ἀλήθειάν σου κατὰ νύκτα. ἡμέρας καὶ νυκτὸς δεῖ, φησι, τὸν Θεὸν ὑμνεῖν. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ πρωῒ καὶ κατὰ νύκτα. ὅπερ ἀλλαχοῦ φησιν, ἐν παντὶ καιρῷ, καὶ ταῦτα μὲν ἡ προτέρα.

A Quia ergo quod laudatur, non ſolùm eſt miſericordia & veritas, ſed etiam iuſtitia & iudicium, propterea ſubiunxit Pſalmographus: Quoniam rectus Dominus noſter, & non eſt iniquitas in eo. Bonum annunciare, inquit, mane miſericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. Diu & noctu, inquit, oportet Deum laudare. Hoc enim eſt illud, Mane & per noctem. Et hæc quidem prima pſalmodia.

ΚΕΦΑΛ. ιη'.

Τί σημαίνουσιν ἐν ταῖς ἀρχαῖς τῆς ἱερουργίας τὰ ᾀδόμενα προφητικά.

B

ΗΔΕ δευτέρα ψαλμῳδία αὐτὴν τὴν ὑμνεῖ τὴν βασιλείαν καὶ τὴν εὐπρέπειαν καὶ τὴν δύναμιν τοῦ υἱοῦ, τοῦ Θεοῦ, τὴν ἀπὸ τῆς κενώσεως καὶ πτωχείας αὐτῷ περιγενομένης. ἀλλὰ τίς ἐνταῦθα χρεία τῆς προφητικῶν τούτων ῥημάτων; καὶ τί σημαίνουσι διὰ τί; τῆς τοῦ σωτῆρος οἰκονομίας; τὰς ἀρχὰς τῆς αὐτοῦ παρουσίας, ὅτε παρεγένετο μὲν, οὔπω δὲ ἐφαίνετο τοῖς πολλοῖς, ὅτε ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἐγίνωσκεν, τὸν πρὸ τοῦ Ἰωάννου καιρὸν, πρὶν ἀφθῆναι τὸν λύχνον. τότε γὰρ χρεία ἦν αὐτῷ ἔτι τῶν προφητικῶν λόγων. μετὰ δὲ ταῦτα αὐτὸς ἐφάνη ὁ προφητευόμενος, καὶ οὐκ ἦν ἔτι αὐτῷ χρεία τῶν προφητῶν, ἀλλὰ παρόντα αὐτὸν ὁ Ἰωάννης ἐδείκνυ, καὶ πρὸ τοῦ Ἰωάννου ὁ πατήρ. διὰ τοῦτο πάντες οἱ προφῆται ἕως Ἰωάννου προεφήτευον. τοῦτον δὴ τὸν καιρὸν τὸν πρὸ Ἰωάννου σημαίνουσι τὰ προφητικὰ ᾀδόμενα. ὅτι καὶ τὰ τίμια δῶρα, δι' ὧν ὁ Χριστὸς σημαίνεται, οὔπω εἰς μέσον ἄγεται, ἀλλ' ἰδίᾳ ἀπόκειται συγκεκαλυμμένα. καὶ ταῦτα μὲν οὕτω. Θεωρῶμεν δὲ τοῦ ψαλμοῦ τὰ ῥήματα. ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν, εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο, τὴν ἐπίγνωσιν ἣν ἐπέγνωσαν αὐτὸν ἄνθρωποι, καὶ ὑπετάγησαν, βασιλείαν ἐκάλεσεν, ὅτι καὶ εὐπρεπῆ καὶ ὡραῖον καὶ δυνατὸν αὐτὸν ἔγνωσαν, ὡς ἔδει γνῶναι. τοῦτό ἐστιν ἐκεῖνο τὸ τοῦ σωτῆρος. ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς· ὅτι μετὰ τῶν ἐν οὐρανῷ καὶ οἱ ἐν τῇ γῇ τὸν δεσπότην ἐπέγνωσαν τὸν ἀληθινόν· ἐπεὶ καὶ τὰ ἑξῆς εἴ τις ἐπέλθοι, τὰ αὐτὰ πάντα εὑρήσει. καὶ τοίνυν τῆς βασιλείας ἐξηγούμενος τὸν τρόπον καὶ τῆς ἐξουσίας, ὁ μὲν προφήτης· καὶ γὰρ ἐστερέωσε τὴν οἰκουμένην, ἥτις οὐ σαλευθήσεται· στερέωμα τὴν πίστιν λέγων. ἔστησε τοὺς τῇ πλάνῃ κλονουμένους, ἑαυτῷ συνέδησε· τοιοῦτος γὰρ ὁ πλανώμενος, οὐδαμοῦ δύναται στῆναι. ὁ δὲ Κύριος, πορευθέντες, φησὶ, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς, εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου τοῦ πνεύματος· ὅπερ ἐστὶν

Cap. XVIII.

Quid ſignificant in principiis ſacrificij quæ canuntur Prophetica.

SECVNDA autem pſalmodia ipſum regnum laudat, & decorem, & potentiam filij Dei, quæ ex exinanitione & paupertate ei acceſſit. Sed quis eſt hic vſus horum verborum Propheticorum, & quidnam ſignificant Seruatoris ſuſceptæ carnis œconomiæ? Principia eius præſentiæ, quando aderat quidem, ſed non cognoſcebatur à multis, quando in mundo C erat, & mundus ipſum non cognouit, tempus quod fuit ante Ioannem, priùs quàm accenſa eſſet lampas. Tunc enim ei adhuc opus erat dictis Propheticis. Poſtea autem apparuit ipſe qui prædicabatur, & non erat ampliùs ipſi Prophetis opus, ſed præſentem ipſum oſtendit Ioannes, & ante Ioannem ipſe pater. Propterea, Omnes, inquit, Prophetæ prophetarunt vſque ad Ioannem. Hoc ergo tempus, quod fuit ante Ioannem, ſignificant Prophetica quæ canuntur, quando etiam precioſa dona, per quæ Chriſtus ſignificatur, nondum in medium adducuntur, ſed ſeorſum cooperta repoſita ſunt. D Et hæc quidem ſic. Ipſa autem pſalmi verba conſideremus. Dominus regnauit, decorem indutus eſt. Cognitionem qua ipſum cognorunt homines, & ei ſubiecti fuerunt, regnum appellauit, quando & decorum, & pulchrum & potentem eum cognouerunt, vt noſſe oportebat. Hoc eſt illud Seruatoris, data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra, quia cum iis qui ſunt in cœlo, etiam ij qui ſunt in terra, verum Dominum E agnouerunt. Nam & ſi quis ea quæ deinceps ſequuntur, percurrat, eadem omnia inueniet. Regni itaque & poteſtatis modum narrans Propheta, dicit: Etenim firmauit orbem terræ qui non commouebitur, firmamentum fidem dicens. Stare fecit eos qui errore commouebantur, & ſibi colligauit. Talis eſt enim qui errat, minimè ſtare poteſt. Dominus autem, Euntes inquit, docete omnes gentes, baptizantes ipſos in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti: quod eſt

doctrina fidei. Sed non ſufficit hoc, ad regnum, fides: neque perfectè ſubiectæ fuerint gentes hoc modo. Propterea cum eo etiam mandatorum obſeruationem oporteret adiicere: Propheta quidem, Teſtimonia, inquit, tua credibilia facta ſunt valde. Dominus autem, ei quod de baptiſmo dixit, de mandatis quoque ſermonem adiecit, dicens: Docentes eos ſeruare quæcunque mandaui vobis. Quæ enim Seruator, mandata, Propheta vocat teſtimonia. Et hæc vbique in ſcriptura inuenies, teſtimonia Dei leges appellante. Poſt hæc, Domum decet ſanctificatio, Domine: Sanctificationem vocans ſacrificia: dona, omnem cultum qui Deo debetur: qui dicens decere domum Dei, oſtendit non eſſe vacuam domum Dei neque Deo deſtitutam, ſed ipſum in ſeipſa habere domus Dominum. Si enim ea Deo eſſet vacua, non decerent eam illa quæ ſoli Deo conueniunt. Hoc autem etiam Dominus in quæ dicta ſunt adiecit, pollicitus ſe ſemper futurum cum Eccleſia. Eccleſiam autem, domum Dei viuentis vocat Paulus. Dicit enim, vt ſcias quomodo oporteat in domo Dei verſari, quæ eſt Eccleſia Dei viuentis. Ecce ego vobiſcum ſum. Et quod ille, in longitudinem dierum dixit, Dominus dicit: Omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi. Et hæc quidem pſalmodia eſt adeò exacta Prophetia eorum, quæ per crucem & mortem à Seruatore geſta ſunt.

Cap. XIX.

Interpretatio tertiæ Antiphonæ.

QVÆ autem ſequitur, videtur eſſe quidam occurſus, tanquam domino iam accedente & apparente: & ideo in ingreſſu Euangelij & oſtenſione ponitur & canitur, per quam Chriſtus ſignificatur. Quod autem Chriſti apparitionem ante oculos animæ habens Propheta, hanc cecinit pſalmodiam, maximè quidem oſtenditur ex gaudio & lætitia, qua ea de cauſa ipſe plenus videtur, & alios omnes vocat ad ſocietatem: Venite, exultemus Domino. Nō poterat enim homo gaudere, niſi Dominus cum eo verſaretur, quia ſolus Chriſtus nobis gaudium attulit: & ſi quis antequam ille in terram veniret, gauiſus eſt, in iis quæ ad illum pertinent, initiatus, gauiſus eſt. Sicut Abraham exultauit, inquit, vt videret diem meum, & vidit, & gauiſus eſt. Et ipſe Dauid. Redde mihi lætitiam ſalutaris tui. Quam enim habebat lætitiam in Chriſto antequam peccaret, eam per peccatum amiſſam vt reciperet Deum orauit. Quemadmodum ergo ſi dixiſſet, Venite & illuminemus, lucis præſentiam ſignificaſſet:

A ἡ διδασκαλία τῆς πίστεως· ἀλλ' οὐκ ἀρκεῖ τοῦτο πρὸς τὴν βασιλείαν, ἡ πίστις. οὐδὲ ὑποτάγησαν ἂν τελείως τὰ ἔθνη τὸν τρόπον τοῦτον. διὰ τοῦτο καὶ τὴν φυλακὴν τῶν ἐντολῶν προσθεῖναι δεήσειεν. ὁ μὲν προφήτης, τὰ μαρτύριά σου φησὶν ἐπιστώθησαν σφόδρα. ὁ δὲ Κύριος τῷ περὶ τοῦ βαπτίσματος λόγῳ, τὸν ἐντολῶν τὸν λόγον προσέθηκε, λέγων, διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν. ἅπερ γὰρ ὁ σωτὴρ ἐντολάς, ὁ προφήτης μαρτύρια φησί. καὶ τοῦτο πανταχοῦ τῆς γραφῆς εὑρήσεις, μαρτύρια τοὺς τοῦ Θεοῦ νόμους καλούσης. μετὰ ταῦτα· τῷ οἴκῳ σου πρέπει ἁγίασμα, Κύ-
B ριε· ἁγίασμα λέγων τὰς θυσίας· τὰ δῶρα, πᾶσαν λατρείαν τὴν ὀφειλομένην Θεῷ· ἃ πρέπειν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ φάσκων, δείκνυσιν οὐ κενὸν ὄντα τὸν οἶκον τοῦτον, οὐδὲ τοῦ Θεοῦ ἔρημον· ἀλλ' αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ ἔχοντα τὸν οἰκοδεσπότην. εἰ γὰρ κενὸς ἦν τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἂν ἔπρεπεν αὐτῷ τὰ τῷ Θεῷ πρέποντα μόνῳ· τοῦτο καὶ ὁ Κύριος τοῖς εἰρημένοις προσέθηκεν· ἐπαγγειλάμενος ἔσεσθαι μετὰ τῆς ἐκκλησίας ἀεί. τὴν δὲ ἐκκλησίαν οἶκον Θεοῦ ζῶντος ὁ Παῦλος καλεῖ. φησὶ γάρ, ἵνα γνῷς ὅπως δεῖ ἐν οἴκῳ Θεοῦ ἀναστρέφεσθαι· ἥ τις ἐστὶν ἐκκλησία Θεοῦ
C ζῶντος· ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμί. καὶ ὅπερ ἐκεῖνος εἰς μακρότητα ἡμερῶν εἶπεν, ὁ Κύριος πάσας τὰς ἡμέρας, φησίν, ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος· καὶ αὕτη μὲν ψαλμῳδία οὕτως ἀκριβὴς προφητεία ἐστί, τῶν διὰ τοῦ σταυροῦ καὶ τοῦ θανάτου τῷ σωτῆρι κατορθωμένων.

ΚΕΦΑΛ. ιθ'.

Ἐξήγησις τοῦ τρίτου ἀντιφώνου.

D ΗΔΕ ἑξῆς ἀπάντησις εἶναι δοκεῖ ὡς ἤδη τοῦ Κυρίου παραγινομένου, καὶ φαινομένου. διὰ τοῦτο πρὸς τῇ εἰσόδῳ τοῦ εὐαγγελίου καὶ ἀναδείξει τάττεται καὶ ᾄδεται, δι' οὗ ὁ Χριστὸς σημαίνεται. ὅτι δὲ τὴν τοῦ Χριστοῦ ἐπιφάνειαν ὁ προφήτης πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν τῆς ψυχῆς ἔχων ταύτην ᾖσε τὴν ψαλμῳδίαν, δείκνυται μάλιστα μὲν ἀπὸ τῆς ἐπ' αὐτῷ χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης ἧς αὐτός τε φαίνεται γέμων, καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας εἰς κοινωνίαν καλεῖ. δεῦτε ἀγαλ-
E λιασώμεθα τῷ Κυρίῳ· οὐ γὰρ ἦν χαίρειν ἀνθρώπον μὴ τοῦ Κυρίου ἐπιδημήσαντος. ὅτι τὴν χαρὰν ἡμῖν ὁ Χριστὸς ἐκόμισε μόνος, καὶ εἴ τις δὲ πρὶν ἐκεῖνον ἐλθεῖν εἰς τὴν γῆν ἔχαιρε, τὰ ἐκείνου μυηθεὶς ἔχαιρεν. ὥσπερ Ἀβραὰμ ἠγαλλιάσατο, φησίν, ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν τὴν ἐμήν, καὶ εἶδε, καὶ ἐχάρη, καὶ αὐτὸς ὁ Δαβίδ, ἀπόδος μοι τὴν ἀγαλλίασιν τοῦ σωτηρίου σου. ἣν γὰρ ἀγαλλίασιν εἶχεν ἐν τῷ Χριστῷ πρὶν ἁμαρτεῖν, ταύτην δι' ὧν ἥμαρτεν ἀποβαλών, ἀπολαβεῖν ἱκέτευε τὸν Θεόν. ὥσπερ οὖν εἰ ἔλεγε, δεῦτε καὶ φωτισθῶμεν, φωτὸς ἂν ἐμήνυε παρουσίαν·

οὕτως εἰπών, Δεῦτε, ἀγαλλιασώμεθα τῷ Κυρίῳ, δηλοῦσιν αὐτὸν φανῆναι τὸν κομίζοντα τὴν χαράν. ἔπειτα καὶ Σωτῆρα καὶ Κύριον τοῦτον καλεῖ. σωτῆρα δὲ καὶ σωτηρίαν ἡ γραφὴ τὸν Χριστὸν καλεῖ ὅτι τῶν θεαρχικῶν ὑποστάσεων μόνος ὁ υἱὸς, αὐτουργὸς ἐγένετο τῆς σωτηρίας ἡμῶν καὶ δι᾽ ἑαυτοῦ ταύτην εἰργάσατο. καθάπερ εἶπε Παῦλος, δι᾽ ἑαυτοῦ καθαρισμὸν ποιησάμενος τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν. ὃ καὶ αὐτὸς ἐδήλωσε, τῷ παραδείγματι τοῦ καλοῦ ποιμένος, ὃς οὐκ ἔπεμψε τοὺς ζητήσοντας τὸ πρόβατον τὸ ἀπολωλὸς, ἀλλ᾽ αὐτὸς ἐζήτησε καὶ εὗρε καὶ ἀνείλετο, καὶ ἐπὶ τῶν ὤμων ἐκόμισε. διὰ τοῦτο καὶ τὴν προσηγορίαν ἐδέξατο, τὴν τοῦτο δυναμένην, κληθεὶς Ἰησοῦς. προφθάσωμεν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐν ἐξομολογήσει· πρόσωπον τὴν φανέρωσιν αὐτοῦ λέγων· μὴ ἀναμείνωμεν οἴκοι γενόμενοι ἰδεῖν αὐτὸν, ἀπαντήσωμεν ἐν ἐξομολογήσει, ἐν δοξολογίᾳ δηλονότι, καὶ ἐν ψαλμοῖς ἀλαλάξωμεν αὐτῷ, Θεῷ πρέπουσαν ἀποδῶμεν αὐτῷ τιμήν. ὁ μὲν ἐν δούλου μορφῇ φανῆναι κατεδέξατο· ἡμεῖς δὲ τὸν δεσπότην μὴ ἀγνοήσωμεν, μὴ προσκόψωμεν τῇ σαρκὶ, μὴ παρενεχθῶμεν ἐπὶ τὰ ταπεινὰ περὶ τοῦ ὑψηλοῦ φρονεῖν, διὰ τὸ φαινόμενον. ὅτι Θεὸς μέγας Κύριος καὶ βασιλεὺς μέγας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, ὁ ἐν ταύτῃ καλυπτόμενος τῇ σαρκί. καὶ τὰ ἑξῆς δὲ θεοπρεπῆ προστίθησι πάντα. καὶ τοιαῦτα μὲν τὰ προφητικὰ, καὶ οὕτω καιρὸν ᾄδονται.

ΚΕΦΑΛ. κʹ.

Περὶ τῆς ἀναδείξεως τοῦ εὐαγγελίου καὶ τοῦ τρισαγίου ὕμνου.

ΤΟΥΤΩΝ δὲ ᾀσθέντων, ὁ ἱερεὺς ἐν μέσῳ πρὸ τοῦ θυσιαστηρίου ἱστάμενος ὑψοῦ τὸ εὐαγγέλιον αἴρει, καὶ ἀναδείκνυσι· τὴν ἀνάδειξιν τοῦ Κυρίου σημαίνων, ὅτε ἤρξατο φαίνεσθαι. διὰ γὰρ τοῦ εὐαγγελίου ὁ Χριστὸς δηλοῦται· ὥσπερ τὰ προφητικὰ βιβλία προφῆται λέγονται· κατὰ τὸ εἰρημένον ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ πρὸς τὸν πλούσιον, ἔχουσι Μωσέα καὶ τοὺς προφήτας, τὰ βιβλία λέγοντος. ἐπεὶ δὲ τοῦ προφητευομένου, ἀναδεικνυμένου, καὶ δι᾽ ἑαυτοῦ φαινομένου, τοῖς ῥήμασι τῶν προφητῶν οὐδεὶς ἀξιοῖ προσέχειν, διὰ τοῦτο τοῦ εὐαγγελίου ἀναδεικνυμένου, τὰ προφητικὰ παύονται. ᾄδομεν δὲ, εἴ τι τῆς καινῆς ἐστι διαθήκης. ἢ γὰρ τὴν παναγίαν τοῦ Θεοῦ μητέρα, ἢ ἄλλους τῶν ἁγίων ἐγκωμιάζομεν, ἢ αὐτὸν τὸν Χριστὸν ὑμνοῦμεν, ὑπὲρ ὧν εἰς ἡμᾶς ἐπεδήμησεν, ἢ ἐπιδημήσας ἔπαθεν, ἢ ἐποίησεν. ἐφ᾽ οἷς ἑκάστοτε ἡ ἐκκλησία πανηγυρίζει. ἔπειτα καὶ αὐτὸν, ὡς τριάδα, τὸν Θεὸν ἀνυμνοῦμεν, οἷον αὐτὸν ἡμᾶς εἶναι ἐδίδαξεν ἡ ἐπιφάνεια τοῦ σωτῆρος. ὁ δὲ ὕμνος οὗτος εἴληπται μὲν ἀπὸ τῶν ἀγγέλων,

A ita cùm dixit, Venite, exultemus Domino, oſtendimus, eum apparuiſſe qui affert lætitiam. Deinde etiam Seruatorem hunc Dominum appellat. Seruatorem autem, & ſalutem, & ſalutare Chriſtum vocat ſcriptura, & ex diuinis perſonis ſolus filius fuit noſtræ ſalutis opifex, & per ſeipſum vniuerſum effecit, quemadmodum dixit Paulus: Per ſeipſum purgationem faciens peccatorum noſtrorum. Quod etiam ipſe oſtendit exemplo boni paſtoris, qui non miſit qui ouem perditam quærerent, ſed ipſe quæſiuit, & inuenit, & ſuſtulit, & in humeris geſtauit. B Propterea etiam cognomen ſortitus eſt, quod rei conueniret, appellatus Ieſus: Præoccupemus faciem eius in confeſſione: faciem, apparitionem eius dicens: ne expectemus eum videre cùm domi fuerit, obuiam eamus in confeſſione, ſcilicet glorificatione. Et in pſalmis iubilemus ei: Deo conuenientem ei reddamus honorem. Ipſe quidem in ſerui forma eſſe elegit, nos autem Dominum ne ignoremus, & carne offendamus, ne eò abducamur, vt vilia & abiecta de excelſo, animo concipiamus, propter id quod apparet. Quia Deus magnus Domi- C nus, & Rex magnus ſuper omnem terram, qui in hac carne tegitur. Et quæ deinceps ſequuntur omnia Deo conuenientia adiicit. Et ſunt eiuſmodi quidem prophetica, & opportunè canuntur.

CAP. XX.

De oſtenſione Euangelij, & de hymno ter ſancti.

HIs autem peractis, Sacerdos ſtans ſuper altare, in altum tollit Euangelium, & oſtendit, Domini oſtenſio- D nem ſignificans, quando cœpit multis apparere. Per Euangelium enim Chriſtus ſignificatur, quemadmodum & Prophetici libri dicuntur Prophetæ, quemadmodum diuiti ab Abraham dictum eſt: Habet Moſen & Prophetas: dicebat autem libros. Quia autem eo qui prædicitur oſtenſo, & per ſeipſum apparente, verbis Prophetarum nemo vult attendere, propterea oſtenſo Euangelio ceſſant Prophetica. Canimus autem ſi E quid eſt noui teſtamenti. Vel enim ſanctiſſimam Dei matrem, vel alios ſanctos laudamus vel ipſum Chriſtum canticis celebramus, propterea quòd nobiſcum verſatus eſt, vel ob ea quæ dum nobiſcum verſaretur, paſſus eſt vel fecit. Propter quæ Eccleſia diem feſtum ſemper celebrat. Deinde etiam ipſum vt Trinitatem Deum decantamus, qualem ipſum eſſe nos docuit Seruatoris apparitio. Hic autem hymnus, ab Angelis quidem dictus eſt,

acceptus eſt autem ex libro Pſalmorum ſaoctorum Prophetæ. Collectus eſt autem à Chriſti Eccleſia, & Trinitati dedicatus: Hoc enim, Sanctus, quod ter canitur, eſt Angelorum: illud verò, Deus & fortis & immortalis, eſt beati Dauid, vbi dicit: Sitit anima mea ad Deum footem viuum. Hæc autem ſuſcepiſſe & illis coniuoxiſſe, & ſupplicationem adieciſſe, dico autem illud, Miſere noſtri, eſt Eccleſiæ eorum qui Trinitatem vnum Deum & ſciunt & prædicant: partim vt oſtendatur veteris teſtameoti cum nouo conuenientia: partim autem, vt Angeli & homines fiaot voa Eccleſia & chorus vnus, per Chriſti adueotum, qui eſt ſupercœleſtis & terrenus. Propterea, poſtquam eſt oſtenſum & allatum Euangelium, hunc hymnum canimus, propemodum clamantes, quòd is oobiſcum verſatus, non ſtatuit cum Angelis, & in illo choro poſuit. Et hæc quidem hoc modo.

A εἴληπται δὲ καὶ ἀπὸ τῆς βίβλου τῶν ἱερῶν τοῦ προφήτου ψαλμῶν. συνήχθη δὲ παρὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίας, καὶ ἀνετέθη τῇ Τριάδι. τὸ μὲν γὰρ, ἅγιος, τρὶς βοώμενον, τῶν ἀγγέλων, τὸ δὲ, Θεὸς καὶ ἰσχυρὸς καὶ ἀθάνατος, τοῦ μακαρίου Δαβὶδ, ἐν οἷς φησιν, ἐδίψησεν ἡ ψυχή μου πρὸς τὸν Θεὸν τὸν ἰσχυρὸν τὸν ζῶντα. τὸ δὲ δέξασθαι δὲ καὶ συνθεῖναι ταῦτα ἐκείνοις, καὶ προσθεῖναι τὴν ἱκεσίαν, λέγω δὲ τὸ, ἐλέησον ἡμᾶς, τῆς ἐκκλησίας τῶν τὴν Τριάδα τὸν ἕνα Θεὸν καὶ εἰδότων καὶ κηρυττόντων, ἵνα δειχθῇ, τοῦτο μὲν ἡ πρὸς τὴν καινὴν διαθήκην τῆς
B παλαιᾶς συμφωνία· τοῦτο δὲ τὸ, ἀγγέλους καὶ ἀνθρώπους, μίαν ἐκκλησίαν γενέσθαι, καὶ χορὸν ἕνα, διὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ ἐπιφάνειαν, τοῦ ὑπερουρανίου, καὶ ἐπιγείου. διὰ τοῦτο μετὰ τὸ ἀναδειχθῆναι τὸ εὐαγγέλιον καὶ εἰσενεχθῆναι, τὸν ὕμνον ᾄδομεν τοῦτον, μονονοὺ βοῶντες, ὡς ὁ ἐπιδημήσας Χριστὸς μετὰ τῶν ἀγγέλων, ἡμᾶς ἔστησεν, εἰς ἐκεῖνον ἔταξε τὸν χορόν. καὶ ταῦτα μὲν οὕτως.

Cap. XXI.

De oratione in hymno, & de ſacris acclamationibus.

SACERDOS autem ante hanc laudationem, Deo ſupplicat vt hymnum ſuſcipiat, & laudatoribus gratiam retribuat. Et quamnam gratiam? hymno conuenientem, vt ſanctificet ipſorum animas & corpora, data peccatorum venia, vt eum in ſanctitate colant omnibus diebus. Et cauſam adiicit: Quia ſanctus es, & in ſanctis requieſcis. Verè enim ſancti eſt delectari ſanctis & ſanctificare. Et cùm hoc exclamauit, & glorificationem adiecit, cantandi hymni ter ſancti ſacro populo hoc veluti ſignum proponit: & cùm ipſi, vt mos eſt, glorificationi Amen ſubiecerint, hymnum incipiunt. Poſt hymnum autem, Sacerdos iubet omnes non ſocorditer & negligenter ſtare, ſed ea quæ fiunt & canuntur attendere: πρόσχωμεν enim, quo vocabulo vtuntur, idem eſt quod, Mentem adhibeamus. Deinde precatur pacem omnibus, & ſapientiam in memoriã reuocat, cum qua oportet ad myſteria accedere & mẽtem adhibere. Quænam eſt autem ſapientia? Cogitatiooes myſterio conuenientes, cnm quibus oportet audire & videre ea quæ fiunt & dicuotur, eos qni fide pleni ſunt, qui nihil habent humani. Hoc eſt enim Chriſtianorum ſapientia, & hoc ſibi vult ſapientia, quæ io multis locis ſacrificij fidelibus acclamatur à Sacerdote, harum ſcilicet cogitarionum recordatio. Ita enim nos inuicem admonemus & in memoriam reuocamos, iotegram cogitationem voo verbo in auditorum animis renouantes. Quid autem hac in mentem reuocatione opus eſt? Magna eſt obliuionis tyrannis, & nulla humana affectio tam frequenter & tam facilè hominem ſubuertit.

ΚΕΦΑΛ. κα΄.

Περὶ τῆς κατὰ τὸν ὕμνον εὐχῆς, καὶ τῶν ἐπιφωνημάτων ἱερῶν.

C ὉΙΕΡΕΥΣ πρὸ μὲν τῆς ὑμνήσεως ταύτης, ἱκετεύει τὸν Θεὸν δέξασθαι τὸν ὕμνον, καὶ χάριν δοῦναι τοῖς ὑμνοῦσι. καὶ τίνα χάριν; τῷ ὕμνῳ κατάλληλον, ἁγιάσαι αὐτῶν τὰς ψυχὰς καὶ τὰ σώματα, συγγνώμην παρεχόμενον τῶν ἁμαρτημάτων, ὥστε ἐν ὁσιότητι λατρεύειν αὐτῷ πάσας τὰς ἡμέρας. καὶ τὴν αἰτίαν προστίθησιν, ὅτι καὶ ἅγιος εἶ καὶ ἐν ἁγίοις ἐπαναπαύῃ. τοῦ γὰρ ἀληθῶς ἁγίου, τὸ χαίρειν ἐν τοῖς ἁγίοις καὶ ἁγιάζειν. καὶ τοῦτο ἐκβοήσας καὶ δοξολο-
D γίαν προσθεὶς, τῆς ὑμνήσεως τοῦ τρισαγίου πρὸς τὸν ἱερὸν λαὸν, σύνθημα τοῦτο ποιεῖται. καὶ αὐτοὶ τῇ δοξολογίᾳ τὸ ἀμὴν κατὰ τὸ εἰωθὸς ἐπειπόντες, τοῦ ὕμνου ἀπάρχονται. μετὰ δὲ τὸν ὕμνον, ὁ ἱερεὺς κελεύει πάντας μὴ ῥαθύμως καὶ ἀμελῶς, ἀλλὰ τοῖς τελουμένοις καὶ ᾀδομένοις προσέχειν τὸν νοῦν. τὸ γὰρ πρόσχωμεν, τοῦτο δύναται. εἶτα τὴν εἰρήνην εὔχεται πᾶσι, καὶ σοφίαν ἀναμιμνήσκει, μεθ' ἧς δεῖ τοῖς μυστηρίοις προσέχειν. τίς δὲ ἡ σοφία; οἱ προσήκοντες τῇ τελετῇ λογισμοὶ, μεθ' ὧν ὁρᾷν δεῖ καὶ ἀκούειν τὰ τελούμενα καὶ λεγόμενα, οἱ πίστεως γέμοντες, οἱ
E μηδὲν ἀνθρώπινον ἔχοντες. τοῦτο γάρ ἡ τῶν Χριστιανῶν σοφία, καὶ τοῦτο δύναται, τὸ, σοφία, πολλαχοῦ τῆς ἱερουργίας ἐκβοώμενον τοῖς πιστοῖς παρὰ τοῦ ἱερέως, ἀνάμνησις τῶν λογισμῶν τούτων. οὕτω γὰρ ἀλλήλους ἀναμιμνήσκομεν, ὁλόκληρον ἔννοιαν ἑνὶ ῥήματι πολλάκις, εἰς τὰς ψυχὰς τῶν ἀκουόντων ἀνανεοῦντες. τίς δὲ ἡ ἀνάγκη τῆς ἀναμνήσεως; πολλὴ τῆς λήθης ἡ τυραννὶς, καὶ οὐδὲν τῶν ἀνθρωπίνων παθῶν, οὕτω συνεχῶς καὶ ῥᾳδίως ἀνατρέπει τὸν ἄνθρωπον,

ἐν τούτῳ τὸ πάθος. ἐπεὶ δὲ μετὰ τῶν προσηκόντων λογισμῶν ἀναγκαῖον ἑστάναι, καὶ μετέχειν τῆς τελετῆς, καὶ τῶν ἱερῶν αὐτῆς ἀκουσμάτων, καὶ θεαμάτων, εἴγε μέλλοιμεν μὴ μάτην μετέχειν αὐτῶν, καὶ τὸν χρόνον τρίβειν εἰκῇ· τοῦτο δὲ οὐ ῥᾴδιον· διὰ τοῦτο χρεία μὲν ἡμᾶς αὐτοὺς, παρ' ἑαυτῶν αὐτῶν ἐγρηγορέναι καὶ νήφειν. χρεία δὲ τῆς ἔξωθεν ὑπομνήσεως ἵνα συνεχῶς ὑπὸ τῆς λήθης συλώμενοι τὸν ἡμέτερον νοῦν, καὶ προσελκόμενοι εἰς ματαίας ἐλπίδας ἀναλαμβάνειν δυνώμεθα πάλιν· τοῦτο καὶ τὸ ᾆσμα βούλεται τὸ ᾀδόμενον μεταξὺ τῶν τιμίων δώρων εἰς τὸ θυσιαστήριον κομιζομένων. Πᾶσαν βιωτικὴν δὲ, φησι, ἀποθώμεθα μέριμναν· καὶ τοιαῦτα μὲν τοῦτο δύναται τὸ ῥῆμα. ἔστι δὲ καὶ τὸ, ὀρθοὶ, ἐπιφώνημα παραίνεσιν ἔχον. τίς δὲ ἡ παραίνεσις; ἐν ἀγωνίᾳ ἡμᾶς εἶναι βούλεται τῷ Θεῷ καὶ τοῖς μυστηρίοις ἐντυγχάνοντας, καὶ μὴ ῥᾳθύμως, ἀλλὰ μετὰ σπουδῆς καὶ πάσης αἰδοῦς τὴν τοιαύτην ὁμιλίαν ποιεῖσθαι, εἴτε ὁρᾶν, εἴτε λέγειν, εἴτε καὶ ἀκούειν τι δέοι τῶν ἱερῶν. καὶ σημεῖον τοῦτο πρῶτον δείκνυσθαι τῆς σπουδῆς ταύτης, καὶ τῆς εὐλαβείας, τὴν ὄρθωσιν τοῦ σώματος, τὸ μὴ καθημένους, ἀλλ' ἑστῶτας τοῦτο ποιεῖν· τοιοῦτον γὰρ τὸ σχῆμα τῶν ἱκετευόντων, τοιοῦτον τὸ σχῆμα τῶν δούλων, οἳ πρὸς τὸ βούλημα τῶν δεσποτῶν, ἄνω τὸν νοῦν ἔχουσιν, ἵνα πρὸς τὴν διακονίαν ἕτοιμοι, ἐπειδὰν τὸ κελευσθὲν ἀρπάσωσι, εὐθὺς δράμωσιν. ἡμεῖς δὲ καὶ ἱκέται τοῦ Θεοῦ περὶ τῶν μεγίστων, καὶ δοῦλοι καὶ δουλείας παντοδαπῆν. καὶ τῶν μὲν ῥημάτων τούτων οὗτος ὁ λόγος.

A vt hæc affectio. Quia autem eum conuenientibus cogitationibus neceſſe eſt ſtare & myſterij eſſe participes, & ſacrarum eius auditionum & contemplationum, niſi eis fruſtra ſumus interfuturi & tempus conſumpturi: hoc autem non eſt facile: propterea opus eſt quidem ipſos à nobis ipſis excitari & eſſe ſobrios: opus eſt autem externa admonitione, vt noſtram mentem ab oblatione aſſiduè ſurreptam, & ad vanas curas attractam poſſimus recipere. Hoc etiam ſibi vult canticum quod canitur, dum pretioſa dona ad altare afferuntur.

B Omnem, inquit, de victu ſollicitudinem deponamus. Et hæc quidem hoc verbum ſignificat. Hæc quoque acclamatio, recti, habet adhortationem. Quæ eſt autem adhortatio? Vult nos eſſe certamini intentos: qui ad Deum & diuina myſteria accedimus, & nos non ſocorditer, ſed cum ſtudio & diligentia, omnique reuerentia in eis verſari, ſiue videre, ſiue dicere, ſiue audire aliquid ex ſacris oportebit: & hoc primum ſignum oſtendere huius ſtudij & reuerentiæ, corporis erectionem, vt non ſe-

C dentes, ſed recti hoc agamus. Talis eſt enim habitus & figura ſupplicum, talis habitus ſeruorum, qui ad nutum Dominorum omnem mentem erectam habent, vt ſtatim ad miniſterium, poſtquam iuſſum arripuerint, rectà currant: nos autem ſumus Deo de maximis ſupplices & omni ſeruitutis genere ſerui. Et horum quidem verborum hæc eſt ratio.

ΚΕΦΑΛ. κβʹ.

Περὶ τῆς ἀναγνώσεως τῶν γραφῶν, καὶ τῆς τάξεως αὐτῶν, καὶ τῆς σημασίας.

ΜΕΤΑ δὲ τὸν τρισάγιον ὕμνον, ἀποστολικὸν ἀναγινώσκεται βιβλίον· εἶτα τὸ εὐαγγέλιον αὐτὸ, πρότερον ὕμνου τῷ Θεῷ παρὰ τῆς ἐκκλησίας ᾀσθέντος. διὰ τί δὲ πρὸ τῶν ἀναγνώσεων ἱερῶν γραφῶν, τὸν Θεὸν ὑμνοῦμεν; ὅτι ἐπὶ πᾶσι τοῦτο δεῖ ποιεῖν, οἷς ἐκεῖνος ἡμᾶς ἑκάστοτε δωρούμενος διατελεῖ· μάλιστα δὲ, ἐν ἐπιδείξει μεγάλου τινὸς ἀγαθοῦ· οἷόν ἐστιν ἡ τῶν θείων λογίων ἀκρόασις· ἀλλ' ἐπὶ μὲν τοῦ ἀποστόλου μετὰ ἱκεσίας ὕμνος. πρόσκειται γὰρ τὸ ἐλέησον. ἐπὶ δὲ τοῦ εὐαγγελίου καθαρὰν ἱκεσίας ποιούμεθα τὴν ὑμνῳδίαν, ἵνα μάθωμεν ὡς ὁ Χριστὸς διὰ τοῦ εὐαγγελίου σημαίνεται· ὃν τοῖς εὑροῦσι, ἅπαν τὸ ζητούμενον ἐν χερσίν. καὶ γὰρ ὁ νυμφίος ἔνδον, καὶ οὐ χρεία ἱκετεύειν αὐτὸν περὶ οὐδενὸς, πάντα ἔχοντας. ὥσπερ οὐδὲ νηστεύειν υἱοὺς τοῦ νυμφῶνος εἰκὸς, ἐφ' ὅσον μετ' αὐτῶν ἐστιν ὁ νυμφίος·

D

Cap. XXII.

De lectione ſcripturarum & ordine earum, & ſignificatione.

POST ter ſanctum hymnum, legitur liber Apoſtolicus: Deinde Euangelium, hymno priùs Deo ab Eccleſia cantato. Cur autem ante lectiones ſacrarum ſcripturarum, Deum laudamus? Quòd in omnibus oportet hoc facere, quibus ille nos perpetuò donat: maximè autem propter aſſecutionem magni alicuius boni,

E quale eſt diuinorum eloquiorum auditio. Sed in Apoſtolo quidem, hymnus cum ſupplicatione. Additur enim illud: Miſerere, In Euangelio autem puram à ſupplicatione facimus hymnodiam, vt ſciamus quòd Christus per Euangelium ſignificatur: quem qui inuenerint, iis omne quod quæritur, eſt in manibus. Etenim intus eſt ſponſus, & non opus eſt eis de vlla re ſupplicare, cùm omnia habeant. Sicut nec conſentaneum ieiunare filios ſponſi, quandiu eſt cum eis ſponſus:

ſed eum tantùm venerari & laudare: quandoquidem & Angelorum hymnus, qualem ipſum Prophetæ docent, propter eandem rationem, ſolùm hymnus eſt ab omni ſupplicatione liber. Sed quid ſibi vult hîc ſacrarum literarum lectio? Si vis quidem vſum ſcire, dictum eſt. Nos enim præparant & præpurgant ante magnam myſteriorum ſanctificationem. Sin autem quæris ſignificationem, Domini manifeſtationem ſignificant, qua manifeſtatus eſt paulatim poſt oſtenſionem. Primum enim oſtenditur complicatum Euangelium, quod Domini apparitionem ſignificat, per quam ipſum tacentem Pater oſtendit, quando ille nihil loquens prædicatoris voce opus habuit. Hæc autem perfectiorem manifeſtationem ſignificant: per quam publicè cum omnibus conuerſabatur, & ſeipſum docebat, non ſolùm ex iis quæ ipſe dicebat, ſed etiam ex iis quæ docuit Apoſtolos dicere, Mittens eos ad oues quæ perierant domus Iſraël. Propterea leguntur quidem literæ Apoſtolicæ, legitur autem ipſum quoque Euangelium. Cur non ergo primùm Euangelium? quia perfectioris manifeſtationis ſigna ſunt, quæ per ipſum Dominum, quàm quæ per Apoſtolos dicuntur. Quia autem non repentè, & vno ſimul tempore apparuit hominibus Dominus quanto erat robore, & quanta bonitate (hoc enim eſt ſecundi eius aduentus) ſed viâ procedens, ab eo quod eſt minùs apertum, ad id quod eſt manifeſtius proceſſit: Eadem cauſa eos qui eius oſtenſionem paulatim fuiſſe factam volunt oſtendere, Apoſtolica legere ante Euangelia eſt conſentaneum. Propterea enim etiam quæ perfectam eius oſtenſionem ſignificant, vltima ſeruantur, vt manifeſtum erit in iis quæ conſequuntur.

Cap. XXIII.

De petitionibus poſt Euangelium.

POSTQVAM autem lectum eſt Euangelium, iubet Diaconus populum orare. Orat autem intus ipſe ſacerdos per ſe, vt preces illorum à Deo ſuſcipiantur. Deinde cùm Deum magna voce glorificauit, ipſos quoque ſocios & participes glorificationis accipit. Quamnam autem orationem ab omnibus fieri maximè conuenit poſt Euangelium? niſi pro iis qui ſeruant Euangelium, qui imitati ſunt benignitatem & humanitatem Chriſti, qui per Euangelium ſignificantur? Et qui ſunt hi? Præſules Eccleſiæ, populorum paſtores, qui rempublicam ordinant. Hi enim, ſi ſeruant quod profeſſi ſunt quæ illic ſcripta ſunt pulchrè ſeruant & docent, & quod deeſt Chriſto, vt cenſet Apoſtolus, adimplent,

A ἀλλὰ τοῦτο μόνον, σέβειν αὐτὸν καὶ ὑμνεῖν· ἐπεὶ καὶ ὁ τῶν ἀγγέλων ὕμνος, οἷον αὐτὸν οἱ προφῆται διδάσκουσι, διὰ τὸν αὐτὸν λόγον, τοῦτ' αὐτὸ μόνον ὕμνος ἐστὶν ἱκεσίας ἁπάσης ἀπηλλαγμένος. ἀλλὰ τί βούλεται ἐνταῦθα ἡ ἀνάγνωσις τῶν ἱερῶν γραφῶν; εἰ μὲν τὴν χρείαν βούλει μαθεῖν, εἴρηται· προπαρασκευάζουσι γὰρ ἡμᾶς, καὶ προκαθαίρουσι πρὸ τοῦ μεγάλου τῶν μυστηρίων ἁγιασμοῦ. εἰ δὲ τὴν σημασίαν ζητεῖς, τὴν φανέρωσιν τοῦ Κυρίου δηλοῦσιν, ἣν ἐφανερώθη κατὰ μικρὸν μετὰ τὴν ἀνάδειξιν. πρότερον μὲν γὰρ τὸ εὐαγγέλιον ἀναδείκνυται συνεπτυγμένον, τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Κυρίου σημαῖνον. καθ'
B ἣν σιωπῶντα αὐτὸν ὁ πατὴρ ἀνεδείκνυ, ὅτε οὐδὲν ἐκεῖνος φθεγγόμενος, τῆς τοῦ κήρυκος ἐδεῖτο φωνῆς. ταῦτα δὲ τῆς φανερώσεως ἐστὶ σημαντικά, τῆς τελεωτέρας· καθ' ἣν δημοσίᾳ πᾶσιν ὡμίλει, καὶ ἑαυτὸν ἐδείκνυεν, οὐ μόνον ἐξ ὧν ἔλεγεν αὐτός, ἀλλὰ καὶ οἷς τοὺς ἀποστόλους ἐδίδασκε λέγειν, πέμπων αὐτοὺς εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ. διὰ τοῦτο ἀναγινώσκεται μὲν γράμματα ἀποστολικά, ἀναγινώσκεται δὲ αὐτὸ τὸ εὐαγγέλιον. τί οὖν μὴ πρότερον τὸ εὐαγγέλιον; ὅτι τελεωτέρας
C ἐστὶ φανερώσεως σημαντικὰ τὰ δι' αὐτοῦ τοῦ Κυρίου, ἢ διὰ τῶν ἀποστόλων λεγόμενα. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἀθρόον ἐφάνη τοῖς ἀνθρώποις ὁ Κύριος ἡλίκος ἦν τὴν ἰσχύν, καὶ οἷος τὴν ἀγαθότητα (τοῦτο γὰρ τῆς δευτέρας αὐτοῦ παρουσίας) ἀλλ' ὁδῷ προβαίνων ἀπὸ τοῦ ἀφανεστέρου ἐπὶ τὸ φανερώτερον προῄει· τούτου χάριν τὴν ἀνάδειξιν αὐτοῦ κατὰ μικρὸν γινομένην δεῖξαι βουλομένοις, τὰ ἀποστολικὰ πρὸ τῶν εὐαγγελίων ἀναγινώσκειν εἰκός. διὰ τοῦτο γάρ, καὶ τὰ τῆς τελείας ἀναδείξεως αὐτοῦ σημαντικά, τελευταῖα φυλάττεται. ὡς ἐν τοῖς
D ἑξῆς ἔσται δῆλον.

ΚΕΦΑΛ. κα'.

Περὶ τῶν μετὰ τὸ εὐαγγέλιον αἰτήσεων.

ΜΕΤΑ δὲ τὸ, τὸ εὐαγγέλιον ἀναγνωσθῆναι, εὔξασθαι κελεύει τὸ πλῆθος ὁ διάκονος. εὔχεται δὲ καὶ αὐτὸς ὁ ἱερεὺς ἔνδον καθ' ἑαυτὸν ἡ τυχεῖν τὰς εὐχὰς ἐκείνων ὑπὸ τοῦ Θεοῦ προσδεχθῆναι. εἶτα τὸν
E Θεὸν δοξολογήσας μεγάλῃ βοῇ, κοινωνοὺς καὶ αὐτοὺς τῆς δοξολογίας λαμβάνει. τίς δὲ ἡ παρὰ πάντων εὐχή, μάλιστα ἡ μετὰ τὸ εὐαγγέλιον πρέπουσα; ἢ τῶν τηρούντων τὸ εὐαγγέλιον, τῶν μεμιμημένων τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ διὰ τοῦ εὐαγγελίου σημαινομένου Χριστοῦ. καὶ τίνες οὗτοι; οἱ προεστῶτες τῆς ἐκκλησίας, οἱ λαῶν ποιμένες, οἱ τὴν πολιτείαν τάττοντες. οὗτοι γάρ, εἰ σώζουσι τὴν ἐπαγγελίαν, τὰ ἐκεῖ γεγραμμένα τηροῦσι καλῶς καὶ διδάσκουσι, καὶ τὸ ὑστέρημα τοῦ Χριστοῦ κατὰ τὸν ἀπόστολον ἀναπληροῦσιν,

post

A μετ' ἐκεῖνον, τὴν αὐτοῦ ποίμνην κατ' ἐκεῖνον ποιμαίνοντες. ἔτι δὲ καὶ κτίσται ἱερῶν οἴκων, καὶ ἐπιμεληταί, καὶ ἀρετῆς διδάσκαλοι, καὶ εἴ τινες ὁπωσοῦν τῷ κοινῷ τῆς ἐκκλησίας καὶ τοῖς ἱεροῖς λυσιτελεῖς εἰσιν, εἰς ἐκεῖνον τελοῦσι τὸν χορόν, καὶ τῆς κοινῆς εἰσιν ἄξιοι τυγχάνειν εὐχῆς. μέλλων δὲ ἐπὶ τὴν θυσίαν ἤδη χωρεῖν, ἧς παρεῖναι τοὺς ἀμυήτους οὐ θέμις, οὓς κατηχουμένους ἔτι καλοῦμεν, ὅτι μέχρις ἀκοῆς, καὶ ὅσον διδασκαλία δύναται μόνον, τὸν Χριστιανισμὸν ὑπεδέξαντο, τούτους ἐκβάλλει τοῦ χοροῦ τῶν Χριστιανῶν πιστῶν, εὐχὴν ὑπὲρ αὐτῶν ἀναγνοὺς πρότερον. ἡ δὲ εὐχή, τελειωθῆναι αὐτοὺς τοῦ
καὶ ἀποκλέπτουσι καὶ τὸ λοιπὸν ἐνίκων. Εἶτα ἐκεῖνοι Οἰδίπους ὁ τῇ μητρὶ συγγενόμενος, καὶ Ὀρέστης ὁ τὴν μητέρα ἀπεκτονὼς, καὶ Θησεὺς ὁ σωφρονοῦντα τὸν παῖδα ταῖς ἀραῖς κατασύρων, ὑπὸ γῆν ὄντες τὴν γῆν διασώζειν λέγονται, ἤπου γε ἄνδρες τὸν βίον ὅλον ταῖς ἀρεταῖς συμμετρήσαντες, καὶ τὴν τελευτὴν αὐτὴν ὑπὲρ εὐσεβείας λαμπροτέρως ἀναδεξάμενοι. ὡς ἐγὼ κατανενόηκα ἀνδρῶν ἀγαθῶν συχνὰ σώματα τοσοῦτον ἐκδειματοῦντα τῶν δαιμόνων τὰς φάλαγγας, ὅσον ἐκεῖνοι τὸν τεθηραμένον ἄνθρωπον· καὶ τὰ μυρία νοσήματα, ἐν οἷς τῶν ἰατρῶν ἠσθένησεν ἡ τέχνη, ῥᾳδίως χαλῶντα καὶ ἐκκαθαίροντα, καὶ ὅλως ἐκκόπτοντα. εἰ δὲ μελλούσης ἀθανασίας τὰ σώματα παντελῶς ἄμοιρα ἦν, ἀσθενῆ τε καὶ περιττὰ καὶ εἰκῆ κείμενα ἦν· καὶ ἄλλως εἰ τοὺς πονηροὺς ἀνάγκη μετὰ σώματος ὁποτέρου βούλεσθε εἰς τὸ τῆς τίσεως ἰέναι δεσμωτήριον, πῶς οὐ δίκαιον τῶν τῆς ψυχῆς καλῶν ἀπολαύειν τὸ σῶμα, οὐδὲ ἐν ταῖς συμφοραῖς οὐκ ἀποδιδρᾶσκον τὴν κοινωνίαν; σοφὸν δὲ τὸ μηχάνημα, τὴν ψυχὴν τοῦ σώματος ἀπολύεσθαι, ὡς ἂν τὸ πάθημα μάθημα γένοιτο, ὅση μὲν ἡ τῆς ψυχῆς δύναμις, οἵα δὲ ἡ τοῦ σώματος ἀσθένεια. νόμος δὲ αὖθις ἀναβιῶναι. οὐ γὰρ ἔδει τὸ σῶμα ἐς ἀεὶ μάτην ἐρρίφθαι, ἐπεὶ τὸ πρῶτον, ψυχῆς ἀθανασίας ἐγεύσατο· ἀλλ' οὐκ εἰς τόνδε τὸν βίον ἀναβιῶναι. ἱκανὴ γὰρ ἡ πρώτη γένεσις τοῦ παρόντος αἰῶνος ἐκδιδάξαι τὴν πεῖραν. καὶ ἄλλως περίεργος ἡ τελευτὴ, εἰ πρὸς τὸν αὐτὸν αὖθις ἐπανέστρεφε τὸν βίον. ἢ ταῦτα μὲν μυθολογία ὡς καὶ πρότερον ἡμῖν ἀποδέδεικται. οὐ γὰρ ἐπιλέλησαι μνημονικώτατος ὤν. τὸ δὲ ἀληθέστερον, εἰς ἀθάνατον ἀναβιώσεσθαι βίον, τοῖς μὲν ἀγαθοῖς πάλαι ποθούμενον, φοβερὸν δὲ τοῖς οὐδὲν φοβουμένοις τὸν βίον.

ΘΕΟΦΡ. Οὐκ ἀγεννῶς ἐπεξέρχῃ τῷ λόγῳ. ἀλλ' εἰ τὰ σώματα διὰ τὴν τῆς ψυχῆς κοινωνίαν ἀπαθανατίζεται, καὶ τῶν ἀλόγων ζώων ὡς ἔοικεν ἔσται τοιαῦτα. μετέχει γὰρ κἀκεῖνα ψυχῆς.

ΑΞΙΘ. Ἀλλὰ ἀλόγου καὶ θνητῆς ὦ σοφώτατε, ἣ τῷ σώματι συνδιελύετο. εἰ τοίνυν ἐκλέλοιπεν ἡ ψυχὴ, περίεργον διεγείρειν τὸ σῶμα. οὐ γὰρ δι' ἑαυτῶν ἕνεκα, ἀλλὰ πρὸς χάριν τῆς ψυχῆς τὰ σώματα ἀνίσταται. τοῖς μὲν οὖν ἀλόγοις οὐδὲν ἀθάνατον ἐγκατέσπαρται· ἐπεὶ καὶ τῆς ἐκείνων ψυχῆς κρείττων ὁ θάνατος. ἡ δὲ ἡμετέρα ψυχὴ, ἀθάνατος γὰρ, εἰς ἓν ἐλθοῦσα τῷ σώματι, ἀθανασίας αὐτῷ σπέρμα καταλέλοιπε.

A eúmque ſuffurantur, ac deinceps ſemper vincunt. Igitur, ſi Oedipus ille, qui rem cum matre turpiter babuit, & Oreſtes, qui matrem interemit, & Theſeus, qui pudicum puerum corrupit, terra iam operti, rerram ipſam conſeruare dicuntur: an non ij potiùs, qui vitam omnem in virtutum ſtudio conſumpſerunt, ac mortem ipſam illuſtriorem, pro vera erga Deum pietate fortiter obierunt? Quemadmodum ego noui multa bonorum virorum corpora, quæ etiam phalanges Dæmonum tantopere terrerent, quantopere ipſi vexabant B hominem abs ſe captum atque obſeſſum: itemque morbos innumeros, quibus curandis ars medica non ſuffecerat, ipſa facilè curarent, perpurgarent, omninóque auferrent. Si verò futuræ illius immortalitatis omnino expertia ſunt noſtra corpora: certè etiam infirma, ſuperuacanea, prorſuſque abiecta ſint neceſſe eſt. Præterea ſi ſceleratos oporteat in pœnarum carcerem deſcendere, quo pacto iuſtum non erit, Animæ bonis id corpus frui, cuius in aduerſis rebus ſocietatem nunquam declinauit? Eſt autem boc ſanè quàm ſapienter excogitatum, vt Anima aliqua vſque à corpore diſcedat: C quando hoc ipſum pati diſcere eſt, videlicet, quanta ſit animæ virtus, quantáque ſit corporis imbecillitas. At legis habendum loco, quòd ipſum reuiuiſcat. Neque enim oportebat, corpus, quaſi fruſtra factum, ſemper abiectum eſſe, cùm initio ſtatim Animæ immortalitatem deguſtarit: ſed neque in hanc quoque vitam reuiuiſcere, quando primus in hanc vitam ortus noſter ad demonſtrandum vſum vitæ humanæ ſufficiebat. Sed & otioſa mors eſſet, ſi in vitam eandem iterum eſſet redeundum. Inanes autem, & fabularum ſimiles eſſe rationes iſtas iam antea ſatis eſt demonſtratum. Neque D enim obliuiſci illarum potuiſti, qui memoria polles maxima. Illud potiùs eſt verum, in vitam immortalem nos reuicturos eſſe: eámque bonis quidem iamdudum optatam, malis autem & iis qui dum in viuis eſſent, nullarum rerum metu coërceri poterant, omnino terribilem ac metuendam.

De Martyrum corporibus & reliquiis loquitur.

THEOPH. Egregiè tu quidem hæc oratione explicaſti. Sed ſi corpora ad tuendum ſuam cum Animabus ſocietatem æterna fiunt, videtur profectò, brutorum animantium corpora, ipſa quoque ſempiterna fore: quippe quæ & ipſa ſuas animas adepta ſunt.

Anima brutorum cum corporibus intereunt.

E AXITHEVS. Animas quidem, ſed rationis expertes, & mortales, & quæ ſimul cum corporibus intereant. Iam ſi defecerit Anima, ſuperuacaneum fuerit corpus ſuſcitare, quando non ſua ipſorum, verùm Animæ gratia corpora ſuſcitantur. Ergo brutis animantibus nihil inſitum eſt, quod ſit immortale. Nam & illorum Animam mors ſuperat: noſtra verò Anima, quæ eſt immortalis ipſa, vbi in vnam cum corpore ſocietatem coiuerit, immortalitatis ei ſemen quaſi quodammodo infudit.

Ac quoniam homo ſupremi illius Opificis maximum quaſi germen atque opus ſit: nec conueniebat, nec poterat fieri, vt humanæ ſubſtantiæ quicquam prorſus mortale permaneret. Sed quoniam brutorum animantium ortum ex elementis educi iuſſit, idque eius edictum ſit iam ipſa naturæ vis & potentia: ea talibus támque fluxis rebus quaſi parentibus orta, ipſa quoque diſſoluantur atque intereant neceſſe eſt. Neque enim æternitatis ſiue guſtum, ſiue fructum vllum ceperunt: humanum autem corpus, quoniam cum Anima ſimul egit, immortali quoque alimento, quaſi nutriti cœpit, & ad omnem artem aptè & ſuauiter incitatum eſt, hócque ipſo ſibi immortalitatis aliquid iam attraxit, nec parum illius nectaris guſtauit. qua de cauſa collapſum non perpetuo iacebit. Etenim ſi ſole vi caloris ſui in frigidam aquam agente, aqua ipſa caleſcit, atque ex ſe quaſi ignem flammámque emittit: quis non credat, humanum corpus, ſuſcepta Anima tota immortali, vim ignémve æternitatis ſibi quoque vindicaſſe? Veluti ſulphur quid eſt aliud quàm terra quaſi igne ſuccenſa? Ea tamen iacet éſtque & videtur ei qui tangit frigida & abiecta: at ignem, quem occultatum intra ſe habet, adhibitum facilè & extemplo arripit, celeritérque ſuccendit, vimque ſuam re ipſa monſtrat, atque in ordinem ſeu naturam ignis properè tranſit. Hoc modo hominum corpora, poſtquam cum Animæ immortali natura coniuncta fuerint atque commixta: aliàs quidem frigida & immobilia prorſus iacent: at cum ſint ad ineundam cum Anima ſocietatem apta, quamprimum eadem deinceps eis iterum obtigerit coniunctio, prompta profectò ſunt & parata ad id, vt ſe foueri ſinant ac reſurgant, vt ſuauiter ipſam ſequantur, & ad immortalitatem recurrant. Neque incredibile eſt materiam in meliorem ſtatum commutari. Nam & apud nos qui materiæ peritiam aliquam habent, ij ſibi argentum & ſtannum ſumunt, priore metalli genere deleto, materiam ipſam in auguſtius & pretioſius conuertunt, atque aurum pulcherrimum efficiunt. Pariter etiam arena diſperſa, & nitrum diffuſum iacent: at ars humana, nitrum ex his nouum & perſpicuum vt fiat, excogitauit. Plantarum autem mutationes vel agricolarum pueri canunt. Quid igitur eum, qui creauit homines, hominibus ipſis imbecilliorem & rudiorem ſuſpicamur? An non debebat earum, quæ quotidie eueniunt rerum ſeu fides, ſeu certa ac firma perſuaſio, vt ne de futuris dubij perplexique eſſemus, prohibere? Sed multa cùm ſint ante noſtrum hoc certamen exercitia, cur eorum omnium obliti quaſi metu ſoluti cedimus? Si factus eſt mundus, quemadmodum etiam homo factus eſt, & initio, quoad corpus, terrigena prodiit: Vnde enim aliàs prodiiſſet? An non eſt naturæ conſentaneum, eundem etiam terra deinceps hominem naſci? Quid igitur de rebus omnino veris & conceſſis pueriliter diſceptatis?

A καὶ τὸ μέγιστον, αὐτοῦ τοῦ δημιουργοῦ ὁ ἄνθρωπος ἐστὶ γέννημα καὶ ποίημα· οὐδὲν οὖν ἀνθρωπίνης οὐσίας παντελῶς θνητὸν διαμένειν ἠδύνατο. τῶν δὲ ἀλόγων ζώων τὴν γένεσιν τοῖς στοιχείοις ἐξάγειν ἐξέταξεν· καὶ τὸ πρόσταγμα, φύσις ἐστὶ καὶ δύναμις· οἷα δὴ ἐκ τοιούτων πατέρων προελθόντα παντελῶς διαλύεται. οὐ γάρ ποτε τῆς ἀθανασίας ἐγεύσατο. τὸ δὲ ἀνθρώπειον σῶμα ψυχῇ συνεργαζόμενον ἀθανάτῳ περιετρέφετο, καὶ πρὸς πᾶσαν τέχνην ἐπιτηδείως καὶ
B μάλα ἀμελετήτως συγκινούμενον, ἀθανασίας τι περιεσπάσατο, καὶ τοῦ νέκταρος οὐ παντελῶς ἄγευστον. οὐκ ἄρα πεσὸν εἰσαεὶ κείσεται. εἰ γὰρ ἡλίου προσπίπτοντος ὕδατι ψυχρῷ, θέρμη τε ἐπεγίνετο, καὶ ἀπὸ τοῦ ὕδατος πῦρ ἀνῆκε καὶ φλόγα, τίς ἂν ἀπιστήσειεν εἰ τοῦ ἀνθρώπου τὸ σῶμα ψυχὴν ὅλην ἀθάνατον εἰσδεξάμενον δύναμιν καί τινα τῆς ἀθανασίας ἐκτήσατο; ἐστὶ γῆ πυρωθεῖσα τὸ θεῖον· ἣ τέως μὲν κεῖται ψυχρὰ τῷ ἁπτομένῳ καὶ ἄτυφος· ἐπειδὰν δὲ πυ-
C ρὸς ἐγγὺς γένηται, τοῦτο ῥᾳδίως ἀνήρπασε. πρὸς ὃ τὸ πῦρ ἐλάνθανεν ἔχουσα, καὶ ταχέως ἐξήφθη, καὶ ἐνεργείᾳ τὴν δύναμιν ἔδειξε, καὶ εἰς τὴν τοῦ πυρὸς τάξιν ἐπείγεται· οὕτω δὴ τῶν ἀνθρώπων τὰ σώματα τῇ τῆς ψυχῆς ἀθανασίᾳ συμμίξαντα, τὸν μὲν ἄλλον χρόνον ψυχρὰ καὶ ἀκίνητα παντελῶς ἀπέρριπται· ψυχῇ δὲ κοινωνεῖν ἐπιτήδεια, κἂν ποτε αὖθις σύμμιξις, ἕτοιμος περιθάλπεσθαι καὶ διανίστασθαι, καὶ ἡδέως συνέπεσθαι, καὶ πρὸς ἀθανασίαν ἀνέδραμε, καὶ οὐκ ἀπίθανος
D ἡ πρὸς τὸ κρεῖττον μεταβολὴ τῆς ὕλης. ἐπεὶ καὶ παρ' ἡμῖν οἱ περὶ τὴν ὕλην σοφοί, ἄργυρον καὶ κασσίτερον παραλαβόντες, καὶ τὸ εἶδος ἀφανίσαντες, ἐπὶ τὸ σεμνότερον μεταβαλόντες τὴν ὕλην, χρυσὸν κάλλιστον ἐποίησαν. καὶ ἡ ψάμμος διεσκέδασται, καὶ τὸ νίτρον διακέχυται· ἀλλ' ἀνθρωπεία τέχνη καινήν τινα καὶ διαφανῆ τὴν ὕελον ἐκ τούτων ἐπενόησε. τὴν δὲ τῶν φυτῶν μεταβολὴν ᾄδουσι τῶν γεωργῶν οἱ παῖδες. τί οὖν; ἀνθρώπων, τὸν τῶν ἀνθρώπων δημιουργὸν ἀσθενέστερον καὶ ἀπειρότερον ὑπειλήφατε; καὶ οὐδὲ τῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν γιγνομένων ἡ πίστις τὴν περὶ τῶν
E μελλόντων ἀπιστίαν ἐξήλασεν; ἀλλὰ πολλὰ μὲν πρὸ τοῦ ἀγῶνος τὰ γυμνάσια, πρὸς δὲ τὸν ἀγῶνα πάντων ἐπιλελησμένοι διαλύεσθε. εἰ γέγονεν ὁ κόσμος, ὥσπερ οὖν γέγονε γηγενὴς κατὰ τὸ σῶμα τὸ πρῶτον ὁ ἄνθρωπος. πόθεν γὰρ ἄλλοθεν; οὐκοῦν κατὰ φύσιν ἀπὸ τῆς γῆς ὕστερον γενέσθαι τὸν ἄνθρωπον; τί οὖν πρὸς τὰ ἀληθῆ, καὶ τὰ ὁμολογούμενα νεανικῶς διαμάχεσθε;

εἶτα ἀφανῆ καὶ τὰ ἄτοπα μάλα ἡδέως προσιέμενοι. ὑμεῖς γὰρ εἰ τὸν Γλαῦκον τὸν Μίνωος ἀποπνιγέντα τῷ μέλιτι, Πολύιδος, ὁ μάντις ἐξ Ἄργους εἰς Κρήτην ἀφικόμενος, ἀναστῆσαι λέγοιτο, παρὰ τοῦ Δράκοντος τὴν πόαν μαθών, ἀβασανίστως δέχεσθε· καὶ ὅτι τὸν Ἱππόλυτον ὁ Ἀσκληπιός, ἢ τὸν Τυνδάρεων· λέγεται γὰρ καὶ τοῦτο· καὶ ὡς τὴν Ἄλκηστιν Ἡρακλῆς, καὶ τὸν Θησέα, καὶ Τίμωνα, καὶ Λυδόν, καὶ Τιμοσθένην τὸν Ἀθηναῖον, Εὐδόξῳ τὰ τοιαῦτα συγγράφοντι πείθεσθε. Πίνδαρος δὲ ὁ Θηβαῖος, καὶ Ἡρόδοτος Ἁλικαρνασσεύς, Ἀριστέα φασὶ τὸν Προκοννήσιον εἰσελθόντα παρὰ τὸν κναφέα ἐν Προκοννήσῳ, ἐκεῖ καὶ τεθνάναι· καὶ ἀφανισθέντα Κυζικηνοῖς φανερῶς διαλέγεσθαι. καὶ διακοσίοις ὕστερον ἔτεσι καὶ τεσσαράκοντα ἐν Ἰταλίᾳ Μεταποντίνοις ὀφθῆναι, καὶ κελεῦσαι ἑαυτὸν θυσίαις τιμᾶν, καὶ τὸν Ἀπόλλωνα· συνείπετο γάρ, ἔφη, τῷ Ἀπόλλωνι τότε κόραξ, ὢν ὅπερ νῦν Ἀριστεύς. καὶ τοὺς Μεταποντίνους πέμψαντας εἰς Δελφοὺς ἐρωτᾶν τὸν Ἀπόλλωνα εἰ χρὴ τῷ Ἀριστεῖ πείθεσθαι· καὶ τὴν Πυθίαν χρῆσαι ὡς πειθομένοις ἄμεινον ἔσται. καὶ νῦν ἀνδριὰς ἕστηκεν ἐπωνυμίᾳ Ἀριστέως, παρ' αὐτῷ τῷ ἀγάλματι τοῦ Ἀπόλλωνος. καὶ ὡς θεοῖς ἀμφοτέροις ἡ θυσία κοινὴ νομίζεται, καὶ τούτοις ἀνεξετάστως συνέπεσθε. καθάπερ πρὸς θαλλὸν τὰ θρέμματα, καὶ ἀλλήλοις συνήδεσθε κορυβαντιῶντες. οὐδεὶς γὰρ τολμῶντι πω γράφειν ἀντῆρεν. εἰ δὲ αὐτὸς ὁ δημιουργὸς ἀθανάτῳ ψυχῇ ἀθάνατον αὐτῆς καὶ τὸ σῶμα ποιεῖν ἐπαγγέλλεται, πρὸς τοῦτον ἄσπονδον πόλεμον καὶ ἀκήρυκτον διεγείρειν ἀλλήλοις παρακελεύεσθε. καίτοι καὶ Πλάτων τῷ σώματι τὸν Ἁρμόνιον ἐξ ᾅδου πρὸς τοὺς ζῶντας ἀνάγει. ὁ δὲ Ζωροάστρης προλέγει ὡς ἔσται ποτὲ χρόνος, ἐν ᾧ πάντων νεκρῶν ἀνάστασις ἔσται. οἶδεν ὁ Θεόπομπος ὃ λέγω, καὶ τοὺς ἄλλους αὐτὸς ἐκδιδάσκει. ἀλλὰ γὰρ πρὸς ἐκείνους μὲν τῶν πάλαι σοφῶν ἀντεῖπεν οὐδείς. οἱ δὲ νέοι θρασύνονται, καὶ θείῳ λόγῳ πολεμεῖν ἐπαίρονται, οἷα δὴ θείας μοίρας ἀφεστηκότες, καὶ πολὺ τὸ ἄλογον ἐπισύροντες. οὐ μόνον τὸ σῶμα θνητὸν εἰς ἀεὶ καταλείπουσιν, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν ψυχὴν ὑπὸ ἀλογίας τεθνάναι προσαναγκάζουσι. θάνατος γὰρ ψυχῆς ἡ τῆς ἀρετῆς ἄγνοια. τὰ δὲ τῶν Ἑβραίων λόγια, ἃ τὰ τοῦ Ἀπόλλωνος ἀνυμνοῦσι λόγια, οὐ τοῦ ἀνθρώπου τὸ μέρος, ἀλλὰ ὅλον ἀναβιῶναι τὸν ἄνθρωπον.

Νῦν γοῦν ἔτι παρὰ τοῖς Σύροις εἰσί, καὶ ἄλλοθι ἄνθρωποι ἐκ παιδὸς εἰς γῆρας σεσωφρονηκότες, καὶ τὴν ψυχὴν πρὸς τὰ νοητὰ μετεωρίσαντες·

A præſertim qui & obſcura & abſurda tam libẽter admittitis? Vos enim quod Glaucum Minois filiũ, eũ qui melle ſuffocatus erat, Polydius vates Argis in Cretã profectus fertur ſuſcitaſſe, herba videlicet per Draconem cognita, nulla alia rei probatione requiſita recipitis. Et quod itidem fertur, Hippolytum atque vnum Tyndari filium Æſculapius, quódque Hercules Alceſtem, Theſeum, Timonem, Lydum, Timoſthenem, Athenienſem ſuſcitarint, Eudoxo res eiuſmodi conſcribenti fidem habetis. Pindarus & Herodotus Halicarnaſſeus, Ariſteum illũ, Proconneſiũ aiũt in ipſa Proconneſo ad fullonem quendã ingreſſum iſthic mortem obiiſſe: cúmque aliquãtiſper B latuiſſet, Cyzicenis deinceps oppreſſis, verbis locutum eſſe: tum ducentis poſt ac quadraginta annis in Italia Metapontinis apparuiſſe: iiſque iuſſiſſe, vti ipſum & Apollinem ſimul, ſacrificiis honoribúſque diuinis proſequerentur. Erat enim, inquit, tunc coruus, & ſequebatur Apollinem, qui nunc iterum eſt Ariſteus. Vbi verò Metapontini Delphos miſiſſent, qui conſulerent Apollinem, vtrùm Ariſteo fidem habendam cenſeret, Apollinem, ſiquidem verbis eius fidem habuiſſent atque obtemperaſſent, ſaluti id fore, reſpondiſſe. Quo factum eſt, vt ſtatua Ariſtei no-C men habens, ponè ſimulachrum Apollinis erecta iam videatur, quódque vt diis, ambobus victima cõmunis decernatur. Atque hæc vos omnia, nulla rerum habita ratione, perinde ſequimini, vt fruticem pecudes, vobiſque inuicem inſtar Corybantum inſanientium applauditis. Nec contra quiſquam vnquam ſcripſit. Cæterùm ſi Conditor immortali Animæ corpus etiam immortale ſe facturum polliceatur, aduerſus eum atrox & ſubitum bellum vt moueatur, alij alios incitatis. Atque Plato fertur, Harmonium ex Inferis, vnà cum corpore reduxiſſe. Zoroaſtres au-D tem vaticinatur fore tempus, quo ſit omnium mortuorũ reſurrectiu futura Sciuit etiam Theopompus quod dico, idque ipſum alios quoque docet. Sed illis priſcorum ſapientum nemo quicquam contradixit. Soli rècentiores adeò ſunt audaculi, vt verbo diuino repugnandum exiſtiment: quippe qui à via ſeu acie diuina digreſſi, multum brutæ, & eius quæ rationis omnis eſt expers naturę ſecum trahunt: non ſolùm corpus perpetuò mortale eſſe ſinunt, ſed & ipſam Animam ſua victi ſtultitia, mori quaſi quodammodo cogunt. Virtutis enim ignorantia reuera Ani-E mæ mors eſt. At Hebræorum vaticinia, quę profecto ipſa quoque nonnullis Apollinis oraculis commendantur, non vnam tantùm hominis partem, ſed hominem ipſum totum atque integrum vitæ redditum iri pollicentur.

Mortuos multos ſuſcitatos fuiſſe, ſibi Pagani perſuadebant.

Virtutis ignorantia eſt mori animæ.

Sunt autem adhuc aliqui, cùm apud Syros, tum aliqui quoque homines, qui ab ineunte ætate vſque ad ſenectam vltimam, temperantem modeſtámque vitam ęgerunt: atque etiam animum ad cœleſtium, & omnino omnium, quæ mente & intelligentia percipiuntur rerum contemplationem aduerterunt:

vt & ei corpus quoque ſubſeruiret, coëgerunt, & hymnis Deum celebrarunt: ſicque & agendo & contemplando ad ſummum philoſophiæ culmen aſcenderunt. Hi quo ſuam, quæ erat eis cum Deo, cognationem re ipſa comprobarent, pura mente Deum ipſum precati, vt mortui reuiuiſcerent, effecêre. Hancque ſatis firmam huius doctrinæ probationem attulerunt. Nullum enim apud eos receptum eſt dogma, quod ſolis verbis conſtet, ac non potiùs ex ipſis rebus geſtis ſtatim fidem ſibi ſumat. Et qui miraculi ſpectator eſt, is etiam doctrinæ minimè dubius aut perplexus auditor abit. Nec fabulæ ſunt quod dicimus, nec è longa vetuſtatis memoria repetitum, ſed hac tempeſtate factum miraculum. Ego ipſe vidi ſenem, & egregiè bonum, & Deo cum primis charum. Ei familiaris erat quidam agricola vir ſimplicis ingenij, & pater vnius tantùm pueruli: cum quo puero vir ille ruſticus ſenem illum frequenter adibat, volens aliquid boni facere & diſcere, illúcque ſuarum quoque frugum primitias, tanquam ad fanum quoddam afferebat. Accidit haud ita multò pòſt, vt puer graui morbo correptus, vitam cum morte commutaret. Eum iam defunctum pater, non vti lex mandabat, ſepulchro condit, ſed ſportæ impoſitum, foliis obtectum, atque in humeros ſublatum, portans ad ſenem ipſum intrat: deinceps autem depoſito onere, ſenem, vti conſueuerat, affatus: cùm ei intentis in ipſum oculis aſſediſſet, paucáque & dixiſſet & audiſſet; puero, vt habebat, ceu vuarum primitiis illic relicto, diſceſſit. At vbi ſol iam occidiſſet, facta ſolita precatione ſenex, fructus illos attracturus, foliis remotis, non vuas ſed mortuum inuenit, ac quantam pater ſpem fidémque habuiſſet, eſt admiratus. Ergo cùm animo in Deum intento ſuper puerum incubuiſſet, priùs non ſurrexit, quàm puerum reſuſcitaſſet. Atque ſic eum ſuſcitatum ad patrem miſit: ipſe verò in exilium iuit, ne admiratione eius homines perciti nimis moleſti deinceps eſſent. Atque hoc opus cum ſermone conuenit, cùm id ille non potuiſſet vnquam efficere, ſi falſam animo opinionem cepiſſet. Sed vt verbum hoc à Deo accepit, verbum in opus auxilio Dei producit. Eſt autem optima argumenti forma reuera præſtare, quod facile præſtitu polliceare.

Precibus piorum hominũ, mortui ſuſcitati fuerunt.

Mortuus reſuſcitatur precibus ſancti cuiuſdam hominis.

Theoph. Inopinatum & rarum hoc eſt quidem, ſed ei, qui factum viderit, fidem non habere, nec facilè nec fas eſt.

Axith. Eſt etiam aliud quod tibi commemorem: idque ipſum quoniam his oculis vidi, vt audias perquam velim. Fuit boni cuiuſdam viri diſcipulus minimè malus. Is animi venuſtate præſtabat quidem, ſed oculorum ſenſu carebat. Igitur vt magiſter iam iam vitam cum morte commutaturus eſſet, cæcus aſſiſtens ille,

A καὶ τὸ σῶμα δουλεύειν αὐτῇ, κἂν τοῖς ὕμνοις ἀναπείσαντες, καὶ πράξει καὶ θεωρίᾳ φιλοσοφίας εἰς ἄκρον ἀφικνούμενοι, τὴν τοῦ Θεοῦ ἐνδεικνύντες συγγένειαν, καὶ αὐτὸν καθαρῶς προσκαλούμενοι, νεκροὺς ἀναβιῶναι πεποιήκασι, ταύτην ἰσχυρὰν ἀπόδειξιν τοῦ δόγματος προσφέροντες. οὐδὲν γὰρ παρ' αὐτοῖς δόγμα μέχρι τῶν λόγων ἵσταται, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἔργων εὐθὺς λαμβάνει τὴν πίστιν. καὶ ὁ τοῦ θαύματος θεατὴς, ἄπεισι τοῦ δόγματος οὐκ ἀμφίβολος ἀκροατής. καὶ οὐ μῦ-
B θος τὸ λεγόμενον, οὐδὲ παλαιῷ θαῦμα θρυλούμενον χρόνῳ διακατέχεσθαι· ἀλλ' εἶδον ἐγὼ πρεσβύτην μάλα καλὸν, καὶ τὸ ὅλον Θεῷ κεχαρισμένον· τούτῳ συνήθης ἦν γεωργὸς, ἁπλοῦς ἀνὴρ, καὶ ἑνὸς παιδαρίου πατήρ. οὗτος μετὰ τοῦ παιδὸς ἅμα παρὰ τῷ πρεσβύτῃ ἐφοίτα, χρηστόν τι ποιεῖν καὶ μαθεῖν βουλόμενος. καὶ τῶν καρπῶν τὰς ἀπαρχὰς ὥσπερ εἰς ἱερὸν ἐκεῖ διεκόμιζε. χρόνος βραχὺς, καὶ ὁ παῖς νοσήσας, τελευτᾷ τὸν βίον, καὶ ἐπειδὴ ἀπέθανεν, οὐ γῇ κρύπτει, καθάπερ ὁ νόμος κελεύει, ἀλλὰ σπυρίδι καταθεὶς ὁ
C πατὴρ, τοῖς φύλλοις συγκαλύπτει, καὶ ἐπὶ τὸν ὦμον ἀράμενος, παρὰ τὸν πρεσβύτην εἰσέρχεται· καὶ τὸ φορτίον ἀποθέμενος, καὶ οἷα εἰώθει προσειπὼν, καὶ πεπηγόσι τοῖς ὀφθαλμοῖς καθήμενος μικρὰ εἰπὼν, καὶ ἀκούσας, αὖθις ἄπεισι, τὸ παιδίον ὡς εἶχε καταλιπὼν, ὡς τῶν βοτρύων τὰς ἀπαρχάς. ὁ ἥλιος ἔδυ καὶ ὁ πρεσβύτης προσευξάμενος, ἤμελλε τῶν καρπῶν ἅπτεσθαι· καὶ τὰ φύλλα μετακινῶν, οὐ βότρυς ἀλλὰ νεκρὸν εὑρίσκει τὸν παῖδα. ἐθαύμασεν ὁ γέρων ἡλίκην ὁ πατὴρ ἤλπισε. καὶ πρὸς τὸ θεῖον μετεωρίσας τὸν
D νοῦν ἐπὶ τὸν παῖδα καταπεσὼν, οὐ πρότερον ἔστη εἰ μὴ τὸ παιδάριον ἀνέστη· οὕτω δὴ τὸν μὲν ἀποστέλλει παρὰ τὸν φύσαντα· αὐτὸς δὲ φυγὰς ἀπαλλάττεται, ὡς ἂν μὴ ἐνοχλοῖεν θαυμάζοντες ἄνθρωποι. τὸ δὲ ἔργον συνᾴδει τῷ λόγῳ. καὶ οὐκ ἂν τοσοῦτον ἐκεῖνος εἰργάσατο, εἰ δόξαν ψευδῆ προσεδέξατο. ἀλλὰ παρὰ Θεοῦ τὸν λόγον μαθὼν, εἰς ἔργον μετὰ τοῦ Θεοῦ προσφέρει τὸν λό-
E γον. τοῦτο δὲ μέγιστον εἶδος ἐλέγχου, ποιεῖν ἐκεῖνο ὅπερ ἐπαγγελεῖ δυνατὸν εἶναι γίνεσθαι.

ΘΕΟΦ. Παράδοξον μὲν, ἀληθεῖ δὲ θεατῇ ῥᾳδίως ἀπιστεῖν οὐ θέμις.

ΑΞΙΘ. Ἐγὼ δέ σοι καὶ ἕτερόν τι λέγω, ἀλλ' ἄκουε, ὅπερ ἐγὼ τεθέαμαι· ἀνδρὸς ἀγαθοῦ μαθητὴς οὐ φαῦλος ὑπῆρχεν, ἀλλὰ τὸ τῆς ψυχῆς κάλλος ἔχων, τὸ ὀφθαλμὼ ἐστέρητο· ἐπεὶ δὲ τὸν βίον μεταλλάττειν ἔμελλεν ὁ διδάσκαλος, παρεστὼς ὁ τυφλὸς,

ἐδεῖτο βοηθεῖν αὐτῷ πρὸς τὸ ὁρᾶν. ὁ δὲ ἔφη, εἰ ἀληθὴς ἐμοὶ δόξα, εἴη δ' ἀληθής, ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ τῆς ἀχλύος διαλυθείσης, τουτονὶ θεωρήσεις τὸν ἥλιον. τοσοῦτον εἰπὼν ὁ γέρων ἀπέπνευσε. καὶ οὐκ ἀπέβη ἄλλως αὐτῷ· ἀλλ' ἡμέραι ἑπτά· ὁ δὲ τυφλὸς ἐκεῖνος τέως χειραγωγούμενος, ἐξαίφνης ἐθαύμασε τοῦ ἡλίου τὴν ἀκτῖνα. καὶ αὐτὸς λαβὼν τὰ λόγια, καὶ ἀναγνοὺς δημοσίᾳ κατεπλήγη τὸν θεατὴν, καὶ πεῖσαι φιλόνεικον ἀκροατὴν, καὶ ὡς ἀθάνατος ἡ ψυχὴ, καὶ ὅτι μετὰ καλῆς τροφῆς καὶ παιδείας ἀπελθοῦσα, τὸ τεθνηκὸς τοῦ σώματος διανίστησιν.

ΘΕΟΦ. Εὐδαιμονεῖ, καί σοι τοῦ λόγου καὶ τῆς θέας συνήδομαι.

ΑΞΙΘ. Ταῦτα μὲν παρ' ἡμῖν. γέγονε δὲ καὶ ἀλλ' ἄλλα τοιαῦτα, καὶ γίνεσθαι. τὸ δὲ χθὲς καὶ πρώην γινόμενον, καὶ αὐτὸς, οἶμαι, τεθέασαι.

ΘΕΟΦ. Τὸ ποῖον δὴ λέγεις;

ΑΞΙΘ. Τὴν μεγάλην Λιβύην πικρὰ κατεῖχε τυραννίς. ἄπιστον δὲ τυραννίδι φιλανθρωπία καὶ ἀληθὴς δόξα. ὁ γοῦν τύραννος ἔγκλημα ποιεῖται τὴν τῶν ἀρχομένων εὐσέβειαν, καὶ τὸ καλὸν δόγμα τοὺς ἱερέας ἀρνεῖσθαι κελεύει. οὐ πειθομένων δὲ, ὢ τῆς ἀσεβείας, θεοφιλῆ γλῶτταν ἐκτέμνει. καθάπερ ὁ τοῦ μύθου Τηρεὺς, βεβιασμένης παρθένου [illegible], κατηγορίαν οἰόμενος, τὴν γλῶτταν ἀπέκειρεν. ἀλλ' ἡ μὲν κόρη ἐνυφαίνει τῷ πέπλῳ τὸ δρᾶμα, καὶ ἑρμηνεύει τῇ τέχνῃ. οὐ γὰρ ἔτι λαλεῖν παρεῖχεν ἡ φύσις. οἱ δὲ, πέπλου καὶ τέχνης οὐδὲν δεηθέντες, τὸν τῆς φύσεως καλοῦσι δημιουργόν. ὁ δὲ νεωτέραν αὖθις φύσιν, ἡμέρᾳ τρίτῃ χαρίζεται. οὐ γλῶτταν ἑτέραν διδοὺς, ἀλλ' ἄνευ γλώττης σαφέστερον ἢ πρότερον διαλέγεσθαι. ἐγὼ δ' ἐπίστευον ὡς ἀδύνατον αὐλητὴν ἐν ἀπορίᾳ τῶν αὐλῶν, αὐλητικὴν ἐπιδείκνυσθαι· ἀδύνατον δὲ κιθαρῳδὸν ἐν ἀπορίᾳ τῆς κιθάρας, μουσικὴν ἐργάζεσθαι· νῦν δέ με τουτὶ τὸ καινὸν θέαμα ἀναγκάζει μετατίθεσθαι, καὶ μηδὲν τῶν ὁρωμένων πεπηγέναι νομίζειν, εἰ Θεὸς ἐθέλει μετακινεῖν. εἶδον ἔγωγε τοὺς ἄνδρας, καὶ λαλούντων ἤκουσα, καὶ τῆς φωνῆς τὸ εὔαρθρον θαυμάζων, τὸ τῆς φωνῆς ὄργανον ἐζήτουν· καὶ τοῖς ὠσὶν ἀπιστῶν, τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐπέτρεπον τὴν κρίσιν. καὶ τὸ στόμα διανοίγων, ὅλην ἐκ ῥιζῶν ἀνασπασθεῖσαν ἐθεώρουν τὴν γλῶτταν· καὶ ἐκπλαγεὶς ἐθαύμαζον, οὐχ ὅπως τὸν λόγον συνήρμοσαν, ἀλλ' ὅπως ἐσώθησαν. τοῦτο καὶ τὸν ἀγνώμονος λυέτω τῆς ἀπιστίας· εἰ σώματα πεσόντα διανίστασθαι. ἐκεῖ μὲν γὰρ ἐκ τῶν ὄντων ἡ τῶν σωμάτων ἀνάστασις· ἐνταῦθα δὲ ἐξ οὐκ ὄντων ἡ τῆς φωνῆς ἁρμονία, εἰ τοιαῦτα δρῶσι.

A rogabat, vti ſibi ad recipiendum viſum opem ferret. Ille verò, ſi verum eſt, inquit, quod ego mihi perſuadeo, ſicque Deus erit propitius: ſeptimo ab hinc die, ſoluta hac caligine, certè ſolem videbis. Tantum effatus ſenex, Animam exhalauit. Nec ſecus res euenit, quàm quòd die ſeptima cæcus ille, qui hactenus manu ducabatur, repente ſolis radios, dictu mirum, aſpexit, & librum ſumptum publicè legit: eóque in ſtuporem omnium animos conuertit, & auditori contentioſo, quòd Anima ſit immortalis, quódque benè hic nutrita atque educata, ac deinceps hinc digreſſa, corpus mutuum ſit ſuſcitatura, facilè B perſuaſit.

Cæcus precibus ſancti viri illuminatus

THEOPH. Equidem te felicem iudico, tibique & de ea tua perſuaſione & de eo quòd hoc videris, gratulor.

AXITHEVS. Atque hæc quidem apud nos ita ſunt facta: ſed etiam eiuſmodi multa, alibi cùm facta ſunt olim, tum adhuc fient. Quod autem heri, & quidem paulò antè factum eſt, id opinor, ipſe quoque vidiſti.

THEOPHRASTVS. Quid id eſt, cedo?

AXITH. Magnam Libyam dura premi tyrannide. Ac quoniam tyrãnis humanitatem ſiue benignitatem & ſanam atque veram de rebus ſen- C tentiam haud admittit, ſanè tyrannus criminis in loco ducit eorũ, qui ipſius imperio ſub ſunt, pietatẽ: iubetq; illud tam præclarũ ac bonũ dogma Sacerdotes abnegare: iis qui non obtemperant, proh ſcelus, charam Deo linguã exſcindit: Terei illius, de quo ſcriptum eſt in fabulis, exemplum imitatus, qui cùm vim virgini feciſſet, & accuſationem ſceleris declinare ſtuderet, linguam exſecuit. At virgo peplo facinus intexit, & exponit arte, cùm natura, vt eloqueretur non daret. Illi verò, de quibus nobis eſt oratio, nec pe- D plo opus habent, ſed ipſius naturæ conditorem implorant, qui recentiorẽ eis naturam die tertia pòſt largitur: non dato quidem alterius linguæ: ſed facultatis ſine lingua articulatius quàm vnquam anteà quod vellent eloquendi munere. Ego verò putabam fieri non poſſe, vt tibicen carens tibiis artis ſuæ ſpecimen vllum daret: itémque citharœdus deſtitutus cithara, Muſicam artem exerceret. At nouum hoc ſpectaculum cogit me ſententiam illam mutare, nihilque earum quæ videntur rerum fixum ac firmum exiſtimare, ſiquidem id Deus loco ſuo mouere velit. Ipſe ego hos viros vidi, & loquentes au- E diui, & vocem adeo articulatam eſſe pſſe miratus ſum: inſtrumentum vocis inquirebam: & auribus non credens, oculis iudicandi munus remiſi, atque ore aperto linguam totam radicitus euulſam vidi, ac ſtupefactus mirabar, non ſanè quo pacto vocem conformarent, ſed quomodo conſeruati eſſent. Atque hoc ipſum etiã imperiti cuiuſque ad credendum duritiem emolliret: ac doceret, verum ne ſit quod dicimus, corpora collapſa reſurgere. Illic enim ex iis quæ exiſtunt rebus corporum reſurrectio exiſtit: hic verò ex iis quæ nuſquã ſunt rebus, harmonia vocis efficitur.

Ac certè iis quæ ferunt, quæque norunt illi, quis niſi planè ſtupidus non accedat atque acquieſcat?

Theoph. Quid enim faceret, ô chariſſime? verùm dic mihi, vnde hæc illis ſapientibus eſt cognitio atque facultas, vt factis aſſeuerent quæ verbis docent?

Axitheus. Deus, ô optime, idipſum quod eſt, manens, amore noſtri generis homo factus eſt, verbi ſapientiam & operis potentiam iis qui ſunt ad percipiendum apti, inſpirauit. Atquehic ipſe primus, vt qui Deus eſt, ſuum ipſius corpus ad immortalem vitam reſuſcitauit, idque munus deinceps omnibus commune pollicetur. Mendacij verò arguere ſapientem virum, nedum ipſum Deum, fas non eſt. Quin etiam quaſi Deus immortalis euadit, nec mortalis eſt ampliùs, quiſquis Dei legibus obtemperat. Eſt enim immortalitatis munus, & vt idem quod mente præditæ ſubſtantiæ ſolent, agit iam adeptus: nempe vt magnificè regi maximo aſtet, eúmque conſtanter & quocumque ſequatur.

Reſurrectio Chriſti.

Theoph. Credo. Iam enim quendam diuinæ gratiæ ſenſum percipio. Itaque valeat academia, potiúſque ad ipſum eamus: quando ipſe etiam Plato, eoúſque ſibi credendum dicit, dum quis ipſo ſapientior adueniat. At Deo ſapientior eſt nemo.

Philoſophus credit.

Axitheus. Iam quoniam iſthuc venimus, ſacrificium gratiarum actionis Deo offeramus: non hecatomben, vt apud Athenienſes, Mineruæ: nec formicam, vt in Iſthmo, Soli & Neptuno: ſed perpurgata mente, quo Deo ſimiles euadamus. Impuris enim quæ pura ſunt, attingere nefas exiſtimatur. O Rex, & pater, & conditor omnium, ô prima Sapientia Patris & Verbum, per quod is omnia produxit. (Qua enim re alia quàm Sapientia & Verbo Deus omnia creat?) O Spiritus ſancte, per quem Deus omnibus aſpirat, omnia comprebendit ac conſeruat, & ad ſuam perfectionem adduxit: O diuina Trinitas & ſancta vnitas: des nobis ſupernæ illius pulchritudinis memoriam, des omnibus æternitatem. Sed iam ſatis precati ſumus: Itaque hinc eamus.

Trinitatis inuocatio.

A τίς οὕτως ἠλίθιος ὥστε μὴ οἷς ἐκεῖνοι γινώσκουσιν, ἀκολουθεῖν;

ΘΕΟΦΡ. Πῶς γὰρ ἔμελλεν ὦ φιλότης; ἀλλ' εἰπέ μοι, πόθεν οἱ σοφοὶ μαθόντες ἀναπείθουσι τοῖς ἔργοις ἃ τοῖς λόγοις προδιδάσκουσι;

ΑΞΙΘ. Θεὸς ὦ γενναῖε, Θεὸς μείνας ὅπερ ἦν διὰ φιλανθρωπίαν ἄνθρωπος γενόμενος, τὴν τοῦ λόγου σοφίαν, καὶ τοῦ ἔργου τὴν δύναμιν τοῖς ἐπιτηδείοις ἐνέπνευσε. καὶ
B αὐτὸς πρῶτος οἷα Θεὸς ἀναστήσας τὸ ἑαυτοῦ σῶμα πρὸς ἀθανασίαν, κοινὴν τὴν δωρεὰν ἅπασιν ἐπαγγέλλεται. ψευδολογίας δὲ ἁλῶναι, οὐδὲ ἄνδρα σοφὸν θέμις, μή τί γε Θεόν. ὁ τοῖς ἐκείνου νόμοις πειθόμενος, Θεὸς ἄμβροτος οὐκ ἔτι θνητός. ὥστε τῆς ἀθανασίας μεταλαχόντα, ταῖς νοεραῖς οὐσίαις ταὐτὸν ἐργάζεσθαι· καὶ σεμνῶς ἤδη τῷ μεγάλῳ βασιλεῖ παρεστάναι, καὶ βεβαίως πανταχοῦ συνέπεσθαι.

ΘΕΟΦ. Πείθομαι. ἤδη γὰρ τῆς εὐμενείας
C αἰσθάνομαι τοῦ Θεοῦ. ἀλλὰ χαιρέτω μὲν ἀκαδημία, πρὸς ἐκεῖνον δὲ ἴωμεν. αὐτὸς γὰρ ὁ Πλάτων μέχρι τούτου κελεύει πείθεσθαι Πλάτωνι, ἕως ἂν αὐτοῦ σοφώτερος ἀναφανῇ. Θεοῦ δὲ σοφώτερον οὐδέν.

ΑΞΙΘ. Ἀλλ' ἐπείπερ πεπείκαμεν, χαριστήρια τῷ Θεῷ θύσωμεν· οὐχ ἑκατόμβην ὡς παρὰ Ἀθηναίοις τῇ Ἀθηνᾷ, οὐδὲ μύρμηκα, ὥσπερ ἐν Ἰσθμῷ Ἡλίῳ καὶ Ποσειδῶνι· ἀλλὰ τὸν νοῦν ἐκκαθαίροντες, ὡς αὐτῷ τῷ Θεῷ προσεικάζεσθαι. μὴ θεμιτῷ γὰρ καθαροῦ ἐφάπτεσθαι
D οὐ θεμιτὸν εἶναι νομίζεται. ὦ Βασιλεῦ καὶ Πάτερ καὶ δημιουργὲ τῶν ὅλων· ὦ πρώτη σοφία τοῦ πατρὸς, καὶ λόγε δι' οὗ τὰ πάντα παρήγαγε. (τίνι γὰρ ὁ Θεὸς ἢ σοφίᾳ καὶ λόγῳ δημιουργεῖ;) ὦ πνεῦμα ἅγιον, δι' οὗ ὁ Θεὸς ἅπασιν ἐμπνέων, συνέχει καὶ διασώζει, καὶ ἐπὶ τὸ τέλειον ἄγει· ὦ θεία τριὰς, καὶ μονὰς ἁγία, δοίης ἡμῖν τοῦ ἄνω κάλλους τὴν μνήμην, δοίης δὲ τῷ παντὶ τὴν ἀθανασίαν. ἱκανῶς ἡμῖν ηὔκται· ἀλλ' ἴωμεν.

ΗΣΥΧΙΟΥ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΩΝ, ΕΙΣ τὴν ἁγίαν Μαρίαν τὴν θεοτόκον.

HESYCHII PRESBYTERI HIEROSOLYMITANI, DE ſancta Maria Deipara, Homilia, eodem Pico Interprete.

Putant nonnulli hunc Heſychium eſſe eundem qui ſcripſit Commentaria in Leuiticum, quem Epiſcopum Hieroſolymitanum appellat Strabus Monachus, præfatione Gloſſæ ordinariæ in Leuiticum; ſicque exiſtimant authorem huius Homiliæ ex Presbytero Hieroſolymitano factum eiuſdem Eccleſiæ Epiſcopum, eſſeque illum Heſychium qui in ordine Hieroſolymitanorum Antiſtitum numeratur quinquageſimus nonus in Chronologia S. Nicephori, floruiſſeque tempore S. Gregorij Magni; ad quem extat eiuſdem Epiſtola, quæ eſt 40. lib. 9. Regiſtri. Conſule apparatum Poſſeuini.

ΠΑΣΑ μὲν μνήμη δικαίων πανεύφημος, καὶ πᾶσα πανήγυρις θεοφιλῶν εὐκλεής, πάντες ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἠρίστευσαν, πάντες τοὺς πόνους ὑπὲρ τῆς ἀληθοῦς ὁμολογίας ὑπεδέξαντο, πάντες διὰ τοὺς τῆς ἀληθείας στεφάνους, τοῖς κινδύνοις ἐνεβάκχευσαν. ἡ δὲ παροῦσα νῦν ἡμέρα τῆς ἑορτῆς ὑπερένδοξος· τὴν παρθένου γὰρ περιέχει πανήγυριν, ἥτις τοσοῦτον ὑπερέβαλε πάσας, ὡς καὶ αὐτὸν τὸν Θεὸν λόγον ἐθέλοντα ὑποδέξασθαι χωρηθέντα παρ' αὐτῆς ἀστενοχωρήτως. A πρὸς ἣν πρὸ τοῦ παντὸς ὁ τῶν ἀρχαγγέλων Γαβριὴλ ἀνεβόησε πρῶτος, χαῖρε κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ. ἰδοὺ γὰρ συλλήψῃ ἐν γαστρί, καὶ τέξῃ υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ. B χαρᾶς εὐθὺς ἀρχὴ πρὸς αὐτήν, τὰ παρὰ τοῦ Γαβριὴλ εὐαγγέλια. ἐπεὶ γὰρ ἡ προτέρα παρθένος ταῖς τῆς ἀποφάσεως ἐπὶ τῇ παραβάσει περιεκέκλειστο λύπαις, καὶ τὰ τῶν στεναγμῶν ἐξ αὐτῆς ἀνέβαινον πλήθη· καὶ πᾶσα γυνὴ δι' αὐτὴν ἐν ὀδύνῃ, καὶ τόκος ἅπας δι' αὐτὴν ἐν πικρίᾳ· ἡ δευτέρα παρθένος διὰ τῆς προσηγορίας, τὸ τοῦ θήλεος πᾶν θλιβερὸν ἀπώσατο, C καὶ πᾶσαν λύπης πηγὴν ἐπὶ τοῖς τόκοις ἐνέφραξε, καὶ τὸ τῆς ἀθυμίας ἐπὶ τῇ τεκνογονίᾳ τῶν γυναικῶν διεσκέδασε νέφος· καὶ τὰ τῆς χαρᾶς ταῖς ὁμοφύλοις περιήστραψε φῶτα, παρὰ τοῦ Γαβριὴλ ἐπακούσασα, χαῖρε κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ, οὐχ ἡσυχῇ τὸν ἀσπασμὸν ἐδέξατο, ἀλλὰ τῆς τοιαύτης φωνῆς ἐπακούσασα, καὶ τὸν ἀρχάγγελον Γαβριὴλ θεωρήσασα κατὰ τὴν οἰκίαν παρὰ προσδοκίαν, καὶ τῆς περὶ τὸν τόκον τοὺς λογισμοὺς συγκλονηθεῖσα φωνῆς, D τοιαύτας τινὰς πρὸς τὸν ἀρχάγγελον, ὡς εἰκός, προσεβάλλετο ῥήσεις· ὅλα, λέγουσα, παράδοξα καὶ ξένα ὁρῶ σήμερον ἐπὶ σοῦ. καὶ τό, πῶς ἐτόλμησας μὴ μεμνηστευμένῃ ἀδεῶς ἐπιβῆναι παρθένῳ, καὶ τῶν ἀπίστων σου ῥημάτων τὸ κήρυγμα φαίνειν; λέγεις γάρ με ὅτι τίκτειν ἄνευ σπο-

A OMNIS profectò memoria iuſtorum totis votis eſt celebrãda, & omnis ſolennitas amicorũ Dei, glorioſa. Cuncti enim religionis ergô fortiter fecerunt, cũcti pro cõfeſſione vera ſuſceperunt labores: cuncti, vt coronas veritatis conſequerentur, veluti numine diuini ducti, periculis ſeſe obiecerunt. Hic autem dies feſtus qui nunc agitur, omnẽ gloriam ſuperat, vtpotè qui cõtineat ſolennitatem Virginis, quæ vſq; adeò omnibus antecellit, vt ipſum Deum Verbum volentem ſuſceperit, quem B ipſa citra vllam loci anguſtiam comprehendit. Ad quam ante omnia Gabriel Archangelus primus exclamauit, *Aue gratia plena, Dominus tecum: Ecce enim concipies in vtero, & paries Filium, & vocabis nomen eius Emmanuel.* Fauſta Gabrielis nuntia, fuerũt illi mox initiũ lætitiæ. Cùm enim prima Virgo * cõcluderetur moleſtiis per ſententiã condemnatoriam ob tranſgreſſionem inflictis, & ab ea gemitus plurimi prodirent, omniſq. mulier, illius cauſa, in dolore eſſet conſtituta, & partus omnis propter eam acerbitatem pateretur: C ſecunda Virgo ex denominatione etiam Angelica miſeriam omnem fœminei ſexus repulit, omnémque triſtitiæ fontem qui inter patiendum adeſſe ſolet, obſtruxit, & nubem deſperationis, qua premuntur mulieres in partu, diſſipauit: & lumina lætitiæ apud contribules coruſcare fecit. Dum audiret itaque à Gabriele, *Aue gratia plena, Dominus tecum*, non excepit ſalutationem tranquillo animo, ſed cùm talem vocem exaudiſſet, & D Gabrielem Archangelum intuita domi ex inſperato, & ob vocem de pariendo, cogitatione perturbata eſſet, tales quaſdam (vt veriſimile eſt) abiiciebat Gabrielis locutiones: omnia, inquiens, pręter opinionem, & peregrina video in te hodie. Et iſtud: Quo pacto auſus es temere accedere ad Virginem non deſponſatam, & incredibilia verba prædicare? Ais enim me parituram pue-

Sanctorum dies feſti celebrandi.

Solemnitas Virginis.

Luc. 1.

** Virginẽ dicit quaſi viraginem, intelligẽs Euam.*

Geneſ 3.

Luc. 1.

A rum abſque ſemine, cõcepturam dixiſti nullis nuptiis interuenientibus: loculum vteri abſque vlla cum viro cohabitatione & conuerſatione editurum fructum. Quis vidit, quis audiuit fertiliũ agrorũ naturæ peritus, antea agrũ incultum produxiſſe ſpicam, aut terram non plantatam germinaſſe vuam, vinum ſine vite, aut fluuium abſque fonte prodeuntem? Quod quidem nemo ex primis ſæculis audiuit auribus, aut oculis conſpexit accidiſſe. Qua ratione tibi fidem habebo me ſuggillanti? Quid ergo Gabriel ei hæſitanti reſpondit? Dixi quod didici, quod audiui

Luc. 1. B loquor: *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoque quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei:* Tanquam is ſit à quo, & velut is ad quem omnis creatura, tanquã creator & opifex omnium, tanquã ſæculorum Pater, tãquam ſæculi parens, tanquã omniũ conditor, tanquã cœlis antiquior, tanquã Angelorum opifex, & humanitatis formator: tãquam denique eorũ, qui alioqui perituri eſſent, Saluator: præter hæc nihil poſſum denunciare. Non enim ô Virgo, mãdatum habeo, vt per ſingula dicã,

C Quo pacto: ſed vt earum rerũ miniſter ſim, quæ faciũt ad fauſtum erga te nuntium. Admirare igitur mecũ myſterium, & bona nuntia abſque dubitatione excipe. Illa verò ait,

Luc. 1. *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum* Nos igitur natiuitatẽ dominicã edocti Archãgelicis ſermonibus Gabrielis, incedamus à tergo ſemitis eius. Ego, quemadmodũ ille, vim partus citra diſquiſitionẽ curioſam, diuinã agnoſco & cẽſeo: didicimus à Magis,

Matth. 2. imò verò inſtructi ſumus, vt eã rem religioſè colamus: qui quidẽ inquirẽtes infantẽ, ſtella duce, non dixerunt his quos interrogabant,

D quomodo fit conceptio diuina, quomodo vterus ſine ſemine, quomodo partus incorruptus, quomodo mater poſt partũ eſt Virgo, quomodo ſubiicitur annis, qui prior illis eſt: quomodo eſt in tempore, qui eſt ante ſæcula: quomodo natura vteri comprehendere potuit eum, qui eſt incomprehenſus: quomodo is qui eſt incorporeus, ſine con-

Phil. 2. uerſione factus eſt caro, quomodo Deus verbũ ſeipſum exinaniens in vtero virgineo, cùm eſſet inſignis & glorioſus, inſtar ſerui, modo indicibili ex eo incarnatus eſt: quomodo id quod eſt perfectum, infans eſſe poteſt: quomodo lac ſugit is qui nutrit: quomodo is qui tegit & cõplectitur vniuerſa, continetur in vlnis: quomodo Pater futuri ſęculi, ſit infans: quomodo ſurſum & deorſum eſt: quomodo is qui eſt in cœlis, eſt etiã in terra: quomodo pannis inuoluitur, qui Auriga eſt Cherubicorum curruum: quomodo iacet in pręſepio, qui eſt in ſinu Patris: quomodo faſ-

Ioan. 1. ciis continetur, qui educit vinctos in forti-

Pſalm. 67. tudine: & cuncta alia quæ vel referre horreſcimus. Sed cùm taciturni peruenissent ad ſtabulum, vbi inquiſierunt, decentem cultũ exhibuerunt Regi & Deo cum muneribus, cupientes cũ gau-

A ρου παιδίον ἄνευ γάμου ἔφης συλλαβεῖν, ἄνευ συντυχίας καὶ ὁμιλίας ἀνδρὸς καρποφορήσειν τὸ τῆς μήτρας χωρίον. τίς εἶδε, τίς ἤκουσεν ἐκ γεωργίας τὸ πρότερον ἄρουραν ἀγεώργητον ἐξανθῆσαι στάχυν, ἢ γῆν ἀφύτευτον βότρυν βλαστῆσαι, οἶνον ἄνευ ἀμπέλου, ἢ ποταμὸν ἄνευ πηγῆς προϊόντα; ὅπερ οὐδεὶς τῶν προτέρων αἰώνων, ἢ τοῖς ὠσὶν ἤκουσεν, ἢ καθεώρακεν τοῖς ὀφθαλμοῖς γεγονός. πῶς πιστεύσω σοι πρὸς ἐμὲ κωμῳδοῦντι; τί οὖν ὁ Γαβριὴλ πρὸς αὐτὴν διστάζουσαν; ὅπερ ἔμαθον, εἶπον, ὅπερ ἤκουσα, λέγω·

B πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον, κληθήσεται υἱὸς Θεοῦ, ὥσπερ ὑπάρχων πρὸς ὅν, ὡς πρὸς ὃν πάσης κτίσεως, ὡς κτίστης καὶ δημιουργὸς τῶν ἁπάντων, ὡς τῶν αἰώνων πατήρ, ὡς τοῦ κόσμου γεννήτωρ, ὡς τοῦ παντὸς ποιητής, ὡς τῶν οὐρανῶν ἀρχαιότερος, ὡς τῶν ἀγγέλων δημιουργός, ὡς τῆς ἀνθρωπότητος πλάστης, ὡς τῶν ἀπολλυμένων Σωτήρ· οὐδὲν πλέον τούτων ἀπαγγέλλειν ἰσχύω. οὐ γὰρ τὸ πῶς λέγειν προσετάχθην, παρθένε· ἀλλὰ τοῦ εὐαγγελισμοῦ πρὸς σὲ διακονῆσαι

C τὰ πράγματα. θαύμαζε οὖν σὺν ἐμοὶ τὸ μυστήριον, καὶ ἀνενδοιάστως δέχου τὰ εὐαγγέλια. ἡ δέ φησιν, ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου. τοῖς ἀρχαγγελικοῖς τοίνυν καὶ ἡμεῖς μαθητευθέντες λόγοις τοῦ Γαβριὴλ περὶ τῆς δεσποτικῆς γεννήσεως, τοῖς ἐκείνου ἴχνεσι κατόπιν ὁδεύσωμεν. ὡς ἐκεῖνος ἐκπλήττω ἀπεριέργως τοῦ τόκου τὴν δύναμιν· παρὰ τῶν μάγων εὐσεβεῖν διδαχθέντες, μᾶλλον δὲ παιδευθέντες, οἵτινες ζητοῦντες τὸ βρέφος, ποδηγοῦντος ἀστέρος, οὐκ εἶπον πρὸς τοὺς ἐρωτωμένους, πῶς ἡ σύλληψις θεία, πῶς ἄσπορος ἡ νηδύς, πῶς ἄφθορος ὁ τόκος, πῶς μετὰ τὸν

D τόκον ἐν παρθένοις ἡ μήτηρ, πῶς ὑπὸ ἐνιαυτοῖς ὁ προών, πῶς ἐν χρόνοις ὁ πρὸ τῶν αἰώνων, πῶς ἡ τῆς μήτρας τὸν ἀχώρητον ἐχώρησε φύσις, πῶς γέγονε σάρξ, μὴ τραπεὶς ὁ ἀσώματος· πῶς ὁ Θεὸς λόγος ἐν τῇ παρθενικῇ κενώσας ἑαυτὸν νηδύϊ πανεύφημος, πρὸς δούλου μορφὴν ἀρρήτως ἐξ αὐτῆς ἐσαρκώθη, πῶς τὸ τέλειον βρέφος, πῶς ὁ τρέφων θηλάζει, πῶς ὁ πάντα περιέπων ἀγκάλαις περιέχεται, πῶς ὁ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος πατήρ, νήπιον, πῶς ὁ ἄνω καὶ κάτω, πῶς ὁ ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς, πῶς ἐν σπαργάνοις ὁ τῶν χερουβικῶν ἁρμάτων ἡνίοχος, πῶς ὁ ἐν κόλποις τοῦ πατρὸς, ἐν φάτνῃ, πῶς ἐν σπαργάνοις, ὁ ἐξάγων πεπεδημένους ἐν ἀνδρείᾳ, καὶ τὰ ἄλλα πάντα, ἅπερ καὶ λαλεῖν φρικτόν· ἀλλὰ μετὰ δώρων σιγῇ καταλαβόντες σπήλαιον, μετὰ τὴν ἐρώτησιν, τὸ βασιλεῖ καὶ Θεῷ πρεπῶδες προσκυνήσαντες σέβας, πρὸς τὴν ἐνεγκαμένην μετὰ χα-

ἐρασθῶμεν φιλυπόστροφοι, ἀπαρχὴ θεογνωσίας ἀναδειχθέντες τοῖς ἔθνεσιν· οὓς τὰ μὲν ἔθνη ἐζήλωσαν· Ἰουδαῖοι δὲ ἀκαμπεῖς, μᾶλλον δὲ σκληροτράχηλοι ὄντες, οὔτε εἰς ἥλιον τῆς δικαιοσύνης ἐν τοῖς οἰκείοις τόποις φανέντα πρὸς ἐπίγνωσιν ἐσπούδασαν μιμήσασθαι τοὺς ὑπὸ ἀστέρος μακρόθεν ὁδηγηθέντας. ἐγὼ δὲ, ἀγαπητοὶ, πρὸς τὸ πρόθυμον ὑμῶν τῆς ἀκροάσεως τῶν θείων λογίων ὁρῶν, καὶ τὸ περὶ τοὺς ἐξηγουμένους φιλόστοργον, τῇ φιληκοΐᾳ ὑμῶν νικώμενος πρὸς τὸν τῆς διδασκαλίας διανίσταμαι πόθον· τῇ τῆς ἀγάπης ὑμῶν συγχαρητικῇ τερπόμενος. ὑμεῖς γὰρ τοὺς λέγοντας, ὡς πολυΐστορες μαθηταὶ, συνεχῶς συγκροτεῖτε, ὑμεῖς τὸν κυβερνήτην ὡς ἐπιβάται ῥυθμίζετε· ὑμεῖς τὰ τῆς γλώττης πηδάλια προσευχαῖς διακρατεῖτε. τίς δὲ ζήλου ὑμῶν ἀπαγγεῖλαι ἐπαξίως δυνήσεται; τίς δὲ κατὰ Ἑλλήνων ὑμῶν ἐξηγήσεται μῖσος; τίς δὲ κατὰ αἱρετικῶν ὑμῶν ἀναπετάσει θράσος; τίς δὲ πρὸς Ἰουδαίους ὑμῶν δεσμοὺς δυνήσεται ἀναγγεῖλαι; βδελυκτοὶ γὰρ μετὰ τῶν ἄλλων ἀληθῶς Ἰουδαῖοι, οὐδὲν πεινῶντες καὶ διψῶντες ἀεὶ ἀλλ᾽ ἢ φόνους ἀθῴους, οὐδενὶ χαίροντες, ἢ τὸ λάκκοις ἐῤῥιπτεῖν τοὺς προφήτας, τὸ κατ᾽ ἐδάφους ἕλκειν, καὶ λιθάζειν δικαίους, τὸ μαχαίρας ἐκκεντεῖν, καὶ πρίζειν πρίοσι τοὺς τῆς εὐσεβείας κήρυκας, τὸ κόπτειν χειρῶν καὶ ποδῶν μέρη τῶν εὐσεβῶν, καὶ ταῖς χερσὶν αἱμαγμέναις κρατεῖν τὰ πρὸς ἀμυνὴν ὄργανα; τὸ τὰς παλάμας φοινίσσειν τῇ συνεχεῖ ἀναιρέσει τῶν δικαίων· οἵτινες τοσοῦτον πρὸς δυσσεβεστάτην κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐληλάκασι τόλμαν, ὡς ἀναιδῶς ἐπὶ τοῦ παρόντος πρὸς αὐτὸν ἀνακράζειν. ἡμεῖς οἴδαμεν ὅτι Μωσῇ λελάληκεν ὁ Θεὸς, τοῦτον δὲ οὐκ οἴδαμεν πόθεν ἐστίν· ὢ τῶν τολμηρῶν πραγμάτων, ὢ μίσους πρὸς Ἰουδαίους πρὸς φυγὴν ἀπονοοῦντος. ὁσάκις γὰρ ἂν τὴν πρὸς αὐτοὺς δραπετεῦσαι βουληθῶ βδελυρίαν, τοσαυτάκις μοι φανερῶς ἀπαντῶσιν, ἢ προφητῶν ἐγκαλούμενοι λόγοις, ἢ ταῖς τοῦ νόμου συλλαβαῖς ὑβριζόμενοι, ἢ ταῖς τῶν προσκυνουμένων εὐαγγελίων ἐνοχλούμενοι βίβλοις, ὡς καινὴν αἱ θεῖαι σελίδες ὑποψίαν ἡμῖν ἐπήγαγον αὐτοὺς τὰς ἀναισχύντους περὶ τὸν δεσπότην τῶν ὅλων προβαλλομένους φωνὰς, καὶ λέγοντας τολμηρῶς, ἅπερ ἠκούσατε, Μωσῇ λελάληκεν ὁ Θεὸς, τοῦτον δὲ οὐκ οἴδαμεν πόθεν ἐστίν. ὢ τῆς φανερᾶς ἀναιδείας, ὢ τῆς ἀνακεκαλυμμένης τῶν λῃστῶν γλωσσαλγίας, ὢ τῆς τυφλῆς τῶν λόγων ἐναντιότητος. ὅτε μὲν γὰρ Ἡρώδης παρ᾽ αὐτῶν ἐπυνθάνετο, ποῦ ὁ Χριστὸς γεννᾶται, μετὰ παρρησίας ἔλεγον ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας· καὶ τὴν τῆς προφητείας ἀπεδείκνυον κλῆσιν, καὶ τὸν ἱεροφάντην μαρτυροῦντα παρῆγον, προφήτης μέγας ἐγήγερται ἐν τῷ Ἰσραήλ· καὶ νῦν κεκαλυμμένῳ προσώπῳ κεκράγασι, Μωσῇ λελάληκεν ὁ Θεὸς,

A dio reuerti in ſuam regionem, qui declarati ſunt erga gentes eſſe primitiæ cognitionis diuinæ: quos gentes quidem æmulatæ ſunt. Iudæi autem inflexibiles, vel potiùs obdurata ceruice, eos qui miniſterio ſtellæ è longinquis regionibus erant adducti, neglexerunt imitari, vt cognoſcere poſſent Solem iuſtitiæ in propriis eorum locis apparentem. Ego verò chariſſimi, animaduertens veſtram animi promptitudinem ad audienda eloquia diuina, & intimum amorem erga illorum interpretes, veſtro audiendi ſtudio victus, excitor ad docendi deſide-
B rium, congratulatione charitatis veſtræ delectatus. Vos enim continenter cum plauſu excipitis eos qui ſermonem habent, perinde ac diſcipuli, multarum rerum enarratores: vos velut vectores, gubernatorem ipſi componitis: vos gubernacula linguæ, precibus continetis. Quis zelum veſtrum pro dignitate poterit enarrare? quis verbis explicabit veſtrum aduerſus Græcos infideles odium? quis contra hæreticos veſtram patefaciet animoſam fiduciam? quis veſtras in Iudæos inimicitias cõmemorare poterit? exe-
C crandi enim cum reliquiis re vera ſunt Iudæi, qui nihil aliud perpetuò eſuriunt & ſitiunt niſi cædes innocentium, nulla re magis oblectari, quàm vt Prophetas in foueas proiiciant, in terram protrahant, lapident iuſtos, gladios exerant in religionis præcones, ſerris in fruſta concidant, partes manuum ac pedum piorum virorum amputẽt, & cruentis manibus teneant inſtrumenta ad ſupplicium idonea, continua iuſtorum interfectione palmas ſanguine perfundant: qui quidem aduerſus Saluatorem noſtrum
D tantam & tam impiam effutierunt audaciam, vt impudenter eo præſente exclamarent in illum, *Nos ſcimus quòd Moyſi locutus eſt Deus, hunc autem neſcimus unde ſit.* Ioan. 9. O res audacter geſtas. O odium in Iudæos, quod me declinare non ſinit. Quoties enim abominationem eorum effugere deſidero, toties palam mihi occurrunt, vel Prophetarum verba calumniantes, aut in ſyllabas legis contumelioſi, aut libros adorandorum Euangeliorum perturbantes, ita vt chartæ diuinæ nouam ſuſpicionem nobis
E ingeſſerint, ipſos impudentes voces obieciſſe in Dominum omnium, & audacter dixiſſe quæ audiſtis: *Moyſi locutus eſt Deus, hunc autem neſcimus vnde ſit.* Matth. 2. O manifeſtam imprudentiam! O ægritudinẽ linguę latronum detectam! O cæcam ſermonum contrarietatem. |Nam cùm Herodes percunctaretur eos, *vbi Chriſtus naſceretur*, cum fiducia dicebant, *in Bethleem Iudæ*, & oſtendebant conLuc. 7. cluſionem Prophetiæ adducentes ſacrarum rerũ interpretem, teſtificantẽ bis verbis, *Propheta magnus excitatus eſt in Iſrael.* Nunc autẽ velata facie clamãt, *Moyſi locutus eſt Deus,*

hunc autem neſcimus vnde ſit. Haud dubiè
Ioan 9. non cognouerunt neque intellexerunt, in
teoebris ambulant. Verè populus iſte ſtul-
tus & minimè ſapiens, vnde meritò Chri-
Pſal. 81. ſtus exclamat in eos, *Cecinimus vobis, &*
Matth. 11. *non ſaltaſtis: Lamentati ſumus vobis, & non*
Matth. 11. *planxiſtis.* Quis contra eos ex aduerſo ſta-
bit ad impugnandam tam iniquam ſen-
tentiam? Quis arguet contentioſas eorum
inimicitias? Tot apud eos Chriſtus mira-
culoſas operatiooes circumquaque exhi-
Ioan. 2. buit, corroboraos paralyticos, muodans
leproſos, malè habentes ſanans, curans
vexatos à dæmonio, aperiens palpebras
oculorum, mortuos illorum excitans è ſe-
pulchris, aquam in vinum mutans, & alia
præſtaos infinita, quæ laborioſum eſſet re-
cenſere. Et tamen nuſquam apud eos eſt
vel tantillum fidei. Eſto, non credis no-
bis, ô Iudæe, lege ſacros Antiſtites, euol-
ue libros qui ſunt apud te: oeque velis
leuiter deteſtari ſanctos, Petrum aut Pau-
lum Euangeliſtas. Audi ſaltem vel Móy-
Deut. 18. ſen quid præſcripſerit in lege: *Prophetam*
ſuſcitabit Dominus Deus de fratribus veſtris,
ipſum tanquam me audietis. Intuere quid
Eſa 7. Eſaias prophetans ioclamet, *Ecce virgo in*
vtero habebit, & pariet filium, & vocabitur
nomen eius Emmanuel. Audi Hieremiam
Baruch. 3. vociferaotem ingentia, *Hic eſt Deus no-*
ſter, non reputabitur alius præter eum: &
deſcendam, inquit: *poſt hæc in terris viſus*
eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. Vide
Malach. 4. rurſum quid innuat Zacharias. *Ecce vir,*
nomen ei Sol iuſtitiæ, & ſanitas in pennis
Matth. 9. *eius.* Et mulier quæ fluxu ſanguinis labo-
Marc. 6. rans multos poſt annos ſanata eſt, vnà
Luc. 8. cum aliis ſermonem coofirmauit, & ſi-
Ezech. 44. gillo notauit, ſolo fimbriæ tactu recipiens
ſanitatem. Quid? lege ſtudioſè Ezechie-
lem, & virum deſideriorum, quo pacto
ille quidem dicebat, *Hæc eſt porta Domini,*
& ingredietur Dominus per eam & egre-
Dan. 10. *dietur, & erit porta clauſa.* Daniel autem
inquit, *Et ecce in nubibus cœli velut filius*
hominis veniens. Adſta ipſi Iacob, & diſce
quid dicat in benedictionibus emittendis:
Gen. 49. *Non deficiet princeps de Iuda, & dux de*
femoribus eius, donec veniat qui repoſitus eſt,
& ipſe expectatio gentium. Pulſa citharam
ſaocti Spiritus, & perſpice quid Dauid
Pſal. 86. accuratè decantauerit, *Mater Sion dicet ho-*
mo, & homo natus eſt in ea, & ipſe funda-
uit eam Altiſſimus. Virgo enim eſt mater,
& poſt partum permanſit ſigillum virgini-
tatis, quod natura indidit, ioconcuſſum
Pſalm. 71. cuſtodiens. Rurſum inſpice quid ait Da-
uid, *Orietur in diebus eius iuſtitia, & dein-*
de dominabitur à mare vſque ad mare, & à
fluminibus vſque ad terminos terræ. Num quis
præceptorum noſtrorum hæc pronunciauit?
Num quis diſcipulorũ Saluatoris in tabulis

A τοῦτον δὲ οὐκ οἴδαμεν πόθεν ἐστίν. οὕτως οὐκ ἔγνωσαν οὐδὲ συνῆκαν, ἐν σκότει διαπορεύονται. ἀληθῶς ἐστὶ λαὸς μωρὸς καὶ οὐχὶ σοφός. εἰκότως ὁ Χριστὸς πρὸς αὐτοὺς ἀνεβόα, ηὐλήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ὠρχήσασθε· ἐθρηνήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ἐκόψασθε. τίς πρὸς τὴν οὕτως κατ᾽ αὐτῶν παρατάξεται ἀγνώμονα γνώμην; τίς τὴν φιλόνεικον αὐτῶν δυσμένειαν διελέγξει; τοσαύτας αὐτοῖς θαυματουργίας ὁ Χριστὸς περιεκύκλωσε, τοὺς παραλελυμένους νευρῶν, τοὺς λεπροὺς καθαρίζων, τοὺς κακῶς ἔχοντας ὑγιάζων, τοὺς δαιμονιζομένους
B ἰώμενος, ἀνοίγων τῶν ὀμμάτων τὰ βλέφαρα, τοὺς νεκροὺς αὐτῶν ἀνιστῶν ἐκ τάφων, ὕδωρ εἰς οἶνον μεταποιῶν, καὶ ἄλλα μυρία παρέχων, ἅπερ ἐργῶδες λαλεῖν· καὶ πίστεως παρ᾽ αὐτοῖς οὐδαμοῦ κἂν βραχύ. ἔστω ὑμεῖς. οὐκ ἡμῖν πείθῃ, ὦ Ἰουδαῖε, τοὺς ἱεροφάντας ἀνάγνωθι, τὰς παρὰ σοὶ κειμένας σελίδας ἀνάπτυξον, μηδὲ ξηρῶς Πέτρον, μηδὲ τὸν Παῦλον, τοὺς εὐαγγελιστὰς ἀφοσιώσῃ. ἄκουσον γοῦν καὶ Μωσέως τί ἐν νόμῳ προέγραψε. προφήτην ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, ὡς ἐμοῦ αὐτοῦ ἀκούσετε. βλέπε τί
C προφητεύων Ἡσαΐας βοᾷ, ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ. ἄκουσον Ἱερεμίου κεκραγότος μεγάλα· οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν, καὶ ὑποκαταβαίνων, φησί, μετὰ ταῦτα ἐπὶ γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. ὅρα πάλιν τί Ζαχαρίας ἐσήμανεν· ἰδοὺ ἀνήρ, ὄνομα αὐτῷ ἥλιος δικαιοσύνης, καὶ ἴασις ἐν ταῖς πτέρυξιν αὐτοῦ. καὶ τὸν λόγον αἱμόρροος γυνὴ μετὰ πολλὰ ἔτη ἰαθεῖσα, σὺν καὶ ἄλλοις ἐβεβαίωσε καὶ ἐσφράγισεν, ἡ τῇ ἀφῇ τοῦ κρασπέ-
D δου δεξαμένη τὴν ἴασιν. τί; τὸν Ἰεζεκιὴλ, καὶ τὸν ἄνδρα τῶν ἐπιθυμιῶν φιλολόγως ἀνάγνωθι. πῶς ὁ μὲν, αὕτη ἡ πύλη τοῦ Κυρίου, ἔλεγε, καὶ εἰσελεύσεται Κύριος δι᾽ αὐτῆς καὶ ἐξελεύσεται, καὶ ἔσται ἡ πύλη κεκλεισμένη. ὁ δὲ Δανιήλ, ἐθεώρουν, φησί, καὶ ἰδοὺ ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, ὡς υἱὸς ἀνθρώπου ἐρχόμενος. παράστηθι τῷ Ἰακώβ, καὶ τί λέγει μεταξὺ τῶν εὐλογιῶν κατάμαθε. οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως οὗ ἔλθῃ ὃς ἀπόκειται, καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν. ἅψαι τῆς κιθάρας τοῦ πνεύματος,
E καὶ θέασαι τί Δαβὶδ ἀκριβῶς ἐμελῴδησε, μήτηρ Σιὼν ἐρεῖ, ἄνθρωπος καὶ ἄνθρωπος ἐγεννήθη ἐν αὐτῇ, καὶ αὐτὸς ἐθεμελίωσεν αὐτὴν ὁ ὕψιστος. παρθένος γὰρ ἡ μήτηρ, καὶ μετὰ τόκον διέμεινε τῆς παρθενίας σφραγίς, ἣν ἡ φύσις ἐπέθηκεν ἀπαρασάλευτον φυλάττουσα. πάλιν ὅρα τί λέγει Δαβίδ, ἀνατελεῖ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ δικαιοσύνη. καὶ ἑξῆς κατακυριεύσει ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ ποταμῶν ἕως περάτων τῆς οἰκουμένης. μὴ ταῦτα τίς τῶν διδασκάλων τῶν ἡμετέρων προεφημεύουσι; μή τις τῶν μαθητῶν τοῦ Σωτῆρος ἐν δέλτοις,

ἢ χάρταις τὰ τοιαῦτα συνέγραψεν; οὐχ ὅσοι περὶ αὐτοῦ προεκήρυξαν τὰ τῆς περιτομῆς, ταῦτα περιεσάλπισαν τέκνα; οὐχ οἱ τοῦ Ἀβραὰμ ἔκγονοι ταῦτα ἀνεκήρυξαν; εἰ τούτοις οὐ χαίρεις πιστεύειν, ἐντράπηθι τοὺς δαίμονας ἀναβοῶντας, καὶ λέγοντας, τί ἡμῖν καὶ σοὶ υἱὲ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος; αἰδέσθητι ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων καὶ δαιμόνων, καὶ πάσης ὁμοῦ τῆς κτίσεως τὴν περὶ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ ὁμολογίαν. εἰ δὲ καὶ τούτοις ἀθετῇ, δέξαι τὴν τοῦ πατρὸς ἐπ' αὐτῷ μαρτυρίαν οὐρανόθεν βροντῶσαν, οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

A aut chartis talia circumſcripſit? Nonne quicunque de eo antea prædicarunt, ij erant filij circumciſionis qui hæc præcinebant? His fortè non tibi libet credere: Reuerere dæmones exclamantes his verbis, *Quid nobis & tibi fili Dei viuentis?* Reuerere Angelorum, hominum, dæmonum, ac ſimul vniuerſæ creaturæ confeſſionem de Christo Domino. Sin etiam hæc auerſaris, excipe teſtatricem Patris vocem, illius gratia è ſuperis inſtar tonitrui reſonantem, *Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene complacui.* Ipſi gloria in ſæcula ſæculorum. B Amen.

Matth. 8.
Matth. 17.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΙΣ ΤΗΝ αὐτήν.

A vt implicata beatitudini, & vna cum ea ſit voluptas, non autē voluptas beatitudo ſit. Non omnis autem muneris functio, motus eſt: ſed quædā eſt muneris functio, quæ adminiſtratur ſine omni motu, qua in primis Deus vtitur: primus enim motor immobilis. Huiuſmodi etiā functio in hominib. eſt, cōtemplandi actio: nā ſine motu eſt. Nam & quod contemplamur vnū idémquo ſemper eſt, & contemplantis mens fixa eſt. In vno enim & eodem ſemper verſatur. Quòd ſi contēplationis voluptas, quę maxima & pręcipua & vera eſt, ſine motu ſit, perſpicuum eſt cæteris quæ per B pauciores motus capiuntur, vt quęq. per pauciſſimos motus oriuntur, ita & præſtātiſſimas & maximas eſſe. Cum muneris autē functionib. voluptatū ſpecies diuidūtur. Quot enim muneris functionū ſunt ſpecies, totidem ſunt voluptatū, & honeſtarū quidem honeſtę, prauarū prauę. Neq. dubium eſt quin in quôque ſenſu, ſpecie differētes voluptates reperiātur. Aliæ enim tactionis ſunt, aliæ ſaporum, aliæ oculorū, aliæ audiēdi, alię odorādi. Sunt autē ſenſus puriores ij, qui non proximè accedunt ad ea ſenſum mouētia quæ delectāt, vt viſio, auditus, odoratus. Sunt etiam functionū, quę C in ratione ponūtur, ſpecies duæ. Alia enim in agendo alia in cōtemplando cernitur. Itaque certum eſt etiam voluptatū, quę has functiones conſequuntur, duo eſſe genera, è quibus purior eſt ea voluptas, quæ ex perſpiciētia rerum percipitur. Hominis autem, quà homo eſt, eæ ſunt propriæ quæ in ratione & intelligentia ſunt poſitæ. Nā quà animal quidē eſt, illæ voluptates quæ ſenſus mouēt, etiam cæterorum animalium cōmunes ſunt. Quoniā autem earum voluptatum, quæ ſenſus quadā iucunditate demulcent, alij aliis delectantur, non quæ improbis, ſed quæ viris bonis honeſtæ videntur, etiā per ſe honeſtæ ſunt. Rectus D enim iudex, & diſceptator cuiuſque rei eſt, nō qualiſcumque, ſed qui eius rei ſcientiam tenet, & ſecundùm naturam affectus eſt.

Περὶ λύπης.

ΚΕΦΑΛ. ιθ'.

ΤΗΣ δὲ λύπης εἴδη τέσσαρα, ἄχος, ἄχθος, φθόνος, ἔλεος. ἔστι δὲ ἄχος λύπη E ἀφωνίαν ἐμποιοῦσα· ἄχθος δὲ λύπη βαρύνουσα· φθόνος δὲ λύπη ἐπ' ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς· ἔλεος δὲ λύπη ἐπ' ἀλλοτρίοις κακοῖς. πᾶσα δὲ λύπη κακὸν τῇ ἑαυτῆς φύσει. εἰ γὰρ καὶ ὁ σπουδαῖος λυπηθήσεταί ποτε, χρηστῶν ἀνδρῶν διαφθειρομένων ἢ τέκνων ἢ πόλεως πορθουμένης, ἀλλ' οὐ προηγουμένως, οὐδὲ κατὰ πρόθεσιν, ἀλλὰ κατὰ περίστασιν. καὶ ἐν τούτοις δὲ ὁ μὲν θεωρητικὸς ἀπαθὴς ἔσται παντάπασιν,

De ægritudine.

CAP. XIX.

ÆGRITVDINIS ſpecies quatuor ἄχος, E moleſtia, inuidia, & miſericordia. Eſt autem ἄχος ægritudo, quæ vocis vſum adimit. Moleſtia, ægritudo grauans. Inuidia, ægritudo quæ ob alterius res ſecundas ſuſcipitur. Miſericordia, ægritudo quæ ob aliena mala. Omnis autem ægritudo mala eſt ſuapte natura. Etſi enim vir bonus æger erit aliquando, ſi vel viri boni intereunt, vel liberi, vel patria vaſtetur, non hoc primaria ratione, neque ex propoſito, ſed ex circunſtantia faciet. Atqui in his ipſis, qui ſe contemplationi rerum totum tradidit, nihil omnino commouetur,

Species ægritudinis.

cùm ſe ab his rebus, quæ in hominum vita A geruntur, ſemouerit, cum Deóque coniunxerit. At vir probus modicè his rebus tangitur, neque modum tranſit, neque ſuccumbit ægritudini, ſed potiùs eam ſuperat. Opponitur autem ægritudo, vt malum bono, moderatæ voluptati; vt malum malo, immoderatę. Verùm iſta immoderatio in corporeis tantùm accidit. Nam contemplationis lætitia, cùm ſit ſumma quædam & abſoluta, immoderationem non admittit, neque ei ægritudo opponitur, neque ex depulſione antegreſſæ ægritudinis accidit.

[illegible]

ἀλλοτριώσας ἑαυτὸν τῶν τῇδε καὶ συνάψας Θεῷ. ὁ δὲ σπουδαῖος μετριοπαθὴς ἐν αὐταῖς καὶ οὐχ ὑπερβάλλων, οὐδὲ αἰχμαλωτιζόμενος ὑπ' αὐτῆς· ἀλλὰ μᾶλλον κρατῶν αὐτῆς. ἀντίκειται δὲ λύπη ὡς μὲν κακὸν καλῷ τῇ μετρίᾳ ἡδονῇ· ὡς δὲ κακὸν κακῷ τῇ ὑπερβαλλούσῃ ἡδονῇ. ἐν ταῖς σωματικαῖς δὲ μόναις αἱ ὑπερβολαὶ γίνονται. αἱ γὰρ θεωρητικαὶ ἄκραι τινὲς οὖσαι καὶ τὸ τέλειον ἔχουσαι, τὴν ὑπερβολὴν οὐκ ἐπιδέχονται, * οὐδὲ ἀντίκειται αὐταῖς λύπη, οὐδὲ ἐπὶ θεραπείᾳ προηγησαμένης λύπης γίνονται.

B

De metu.

Cap. XX.

Metus ſex habet ſpecies.

DIVIDITVR autem metus in ſex partes, in pigritiam, pudorem, verecundiam, ſtuporem, ſollicitudinem, terrorem. Eſt autem pigritia, metus venientis actionis. Stupor, metus è magna phantaſia. Terror, metus ex inſolita phãtaſia. Solitudo, metus ne labamur, id eſt, ne id quod propoſuerimus, non conſequamur. Nam dum metuimus vt aſſequamur quod propoſuerimus, ſolliciti ſumus. C Pudor, metus ob expectationẽ reprehenſionis: atque optima hæc affectio eſt. Verecundia, metus ob turpitudinem ſuſceptam, atque hæc quoque affectio ſpem aliquam ſalutis oſtendit. Hoc autem differt pudor à verecundia, quòd qui verecundatur, ob ea quæ perpetrauit, ſe occultat: quem autem pudet, ne dedecus aliquod admittat, metuit. Sæpe tamen veteres nominibus abutentes, pudorem verecundiam, & verecundiam pudorem vocant. Naſcitur autem metus, per refrigerationem, omni calore ad cor principem partẽ D cõcurrente, quomodo populus cùm in metu eſt, in curiam confugit. Metus inſtrumẽtum, eſt os ventriculi. Hoc enim eſt quod in ægritudine morſum ſentit, vt Galenus in tertio de Demonſtrat. ait, ad hunc ferè modum; His qui in ægritudine aliqua verſantur, multum flauæ bilis defluit in ventrem, quod morſum ipſis præbet: neque priùs ægri eſſe & morderi deſinunt, quàm bilem euomuerint. Nam morſus iis accedit infra cartilaginem quæ eſt in medio pectore: quod quia ſpeciem enſis E præbet, ξιφοειδὴς nominatur. Cor autem multo ſuperiùs locatum eſt. Nam ſepto tranſuerſo venter inferior eſt, cor ſuperiùs. Veteres tamen etiam os ventris, cor vſurpãt, vt Hippocrates; & Thucydides, vbi peſtilentiam quæ Athenis erat, deſcribit: ſic dicens; Et cùm in corde dolor firmaretur, inuertebat ipſum, & purgationes bilis quotquot à medicis nominatę ſunt, inuadebant. Nam quod inuertitur, os ventris eſt, dum vomere cogitur; non ea pars viſcerum quæ cor eſt.

Metus inſtrumentum.

Περὶ φόβου.

ΚΕΦΑΛ. κ'.

ΔΙΑΙΡΕΙΤΑΙ δὲ καὶ ὁ φόβος εἰς ἕξ, εἰς ὄκνον, εἰς αἰδῶ, εἰς αἰσχύνην, εἰς κατάπληξιν, εἰς ἀγωνίαν, εἰς ἔκπληξιν· ἔστι δὲ ὄκνος μὲν φόβος μελλούσης ἐνεργείας· κατάπληξις δὲ φόβος ἐκ μεγάλης φαντασίας· ἔκπληξις δὲ φόβος ἐξ ἀσυνήθους φαντασίας· ἀγωνία δὲ φόβος διαπτώσεως, τουτέστιν ἀποτυχίας. φοβούμενοι γὰρ ἀποτυχεῖν τῆς πράξεως, ἀγωνιῶμεν· C αἰδὼς δὲ φόβος ἐπὶ προσδοκίᾳ ψόγου· κάλλιστον δὲ τοῦτο τὸ πάθος· αἰσχύνη δὲ φόβος ἐπ' αἰσχρῷ πεπραγμένῳ. οὐδὲ τοῦτο δὲ ἀνέλπιστον εἰς σωτηρίαν. ταύτῃ δὲ διαφέρει αἰδὼς αἰσχύνης, ὅτι ὁ μὲν αἰσχυνόμενος ἐφ' οἷς ἔπραξε καταδύεται· ὁ δὲ αἰδούμενος φοβεῖται περιπεσεῖν ἀδοξίᾳ τινί. καλοῦσι δὲ οἱ παλαιοὶ πολλάκις καὶ τὴν αἰδῶ αἰσχύνην, καὶ τὴν αἰσχύνην αἰδῶ, καταχρώμενοι τοῖς ὀνόμασι· γίνεται δὲ ὁ φόβος κατὰ περίψυξιν τοῦ θερμοῦ παντὸς συντρέχοντος εἰς τὴν καρδίαν ἐπὶ D τὸ ἀρχικόν· καθάπερ καὶ ὁ δῆμος ὅταν φοβῆται, καταφεύγει πρὸς τοὺς ἄρχοντας. τῆς δὲ λύπης ὄργανον τὸ στόμα τῆς κοιλίας. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ τῆς δήξεως αἰσθανόμενον ἐν ταῖς λύπαις. ὡς ὁ Γαληνὸς ἐν τῷ τρίτῳ τῆς ἀποδεικτικῆς φησὶν οὕτω πως· τοῖς λυπουμένοις οὐκ ὀλίγον εἰς τὴν γαστέρα καταρρεῖ ξανθῆς χολῆς, ὃ τὴν δῆξιν αὐτοῖς παρέχει· καὶ οὐ πρότερον παύονται λυπούμενοι καὶ δακνόμενοι, πρὶν ἐξεμέσαι τὴν χολήν. γίνεται γὰρ ἡ δῆξις αὐτοῖς ὑποκάτω τοῦ κατὰ μέσα στέρνα χόνδρου τοῦ ξιφοειδοῦς ὀνομαζομένου. πολὺ δὲ ἀνωτέρω E κεῖται ἡ καρδία· τοῦ γὰρ διαφράγματος ἡ μὲν γαστὴρ κατωτέρω ἐστὶν, ἡ δὲ καρδία ἀνωτέρω. συνήθως δὲ οἱ παλαιοὶ καρδίαν καὶ τὸ στόμα τῆς γαστρὸς καλοῦσιν, ὡς Ἱπποκράτης, καὶ Θουκυδίδης, ἐν τῷ λοιμῷ λέγων οὕτως, καὶ ὁπότε εἰς τὴν καρδίαν στηρίξαι, ἀνέστρεφέ τε αὐτὴν, καὶ ἀποκαθάρσεις χολῆς πᾶσαι ὁπόσαι ἀπὸ ἰατρῶν ὠνομασμέναι εἰσὶν, ἐπῄεσαν· τὸ γὰρ ἀναστρεφόμενον τὸ στόμα τῆς γαστρός ἐστιν ἀναγκαζόμενον ἐμεῖν, οὐ τὸ σπλάγχνον ἡ καρδία.

Περὶ θυμοῦ.

ΚΕΦΑΛ. κα'.

ΘΥΜΟΣ δέ ἐστι ζέσις τοῦ περὶ καρδίαν αἵματος ἐξ ἀναθυμιάσεως τῆς χολῆς ἢ ἀναθολώσεως γινομένη· διὸ καὶ χολὴ λέγεται καὶ χόλος. ἔστι δ' ὅτε καὶ ὁ θυμός ἐστιν ὄρεξις ἀντιτιμωρήσεως. ἀδικούμενοι γὰρ ἢ νομίζοντες ἀδικεῖσθαι, θυμούμεθα· καὶ γίνεται τότε μικτὸν τὸ πάθος ἐξ ἐπιθυμίας καὶ θυμοῦ. εἴδη δὲ τοῦ θυμοῦ τρία· ὀργή, ἣ καὶ χολὴ καὶ χόλος καλεῖται· μῆνις, καὶ κότος. θυμὸς μὲν γὰρ ἀρχὴν καὶ κίνησιν ἔχων· ὀργὴ καὶ χολὴ καὶ χόλος λέγεται. μῆνις δὲ χολὴ εἰς παλαίωσιν ἀγομένη. εἴρηται γὰρ παρὰ τὸ μένειν, καὶ τῇ μνήμῃ παραδίδοσθαι· κότος δὲ ὀργὴ ἐπιτηροῦσα καιρὸν εἰς τιμωρίαν· εἴρηται δὲ καὶ αὐτὸ παρὰ τὸ κεῖσθαι· ἔστι δὲ ὁ θυμὸς τὸ δορυφορικὸν τοῦ λογισμοῦ. ὅταν γὰρ αὐτὸς ἄξιον κρίνῃ τὸ γινόμενον ἀγανακτήσεως, τότε ὁ θυμὸς συνεξέρχεται, ἐὰν κατὰ φύσιν τὴν οἰκείαν τάξιν φυλάττωσιν.

Περὶ τοῦ ἀλόγου τοῦ μὴ κατηκόου λόγου.

ΚΕΦΑΛ. κβ'.

ΤΟ μὲν οὖν ἐπιπειθὲς λόγῳ, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον· τοῦ δὲ μὴ πειθομένου λόγῳ, ἔστι τό τε θρεπτικὸν καὶ γεννητικὸν καὶ σφυγμικόν. καλεῖται δὲ φυσικὸν μὲν, τὸ γεννητικὸν καὶ θρεπτικόν· ζωτικὸν δὲ, τὸ σφυγμικόν.

Περὶ τοῦ θρεπτικοῦ.

ΚΕΦΑΛ. κγ'.

ΤΟΥ θρεπτικοῦ φυσικαὶ δυνάμεις εἰσὶ τέσσαρες, ἑλκτική, καθεκτική, ἀλλοιωτική, ἀποκριτική· ἕκαστον γὰρ τῶν μορίων τοῦ ζώου φυσικῶς ἕλκει πρὸς ἑαυτὸ τὴν οἰκείαν τροφὴν, καὶ ἑλκύσαν κατέχει, καὶ κατασχὸν εἰς ἑαυτὸ μεταβάλλει· καὶ οὕτως τὸ περιττὸν ἐξωθεῖ. καὶ αὗταί εἰσιν αἱ δυνάμεις αἱ τὴν τροφὴν τῶν μορίων τοῦ σώματος διοικοῦσαι, ἐξ ὧν ἡ αὔξησις ἤτοι κατὰ μῆκος καὶ πλάτος γίνεται· ἐκκρίνεται δὲ τὰ περιττὰ διὰ γαστρὸς, δι' οὔρων, δι' ἐμετῶν, δι' ἱδρώτων, διὰ στόματος, διὰ ῥινῶν, δι' ὤτων, δι' ὀφθαλμῶν, διὰ τῆς ἐκπνοῆς, διὰ τῶν ἀδήλων πόρων. αἱ μὲν οὖν ἄλλαι ἐκκρίσεις, πρόδηλοι, δι' ὤτων δὲ ἡ καλουμένη κυψέλη, ἥτις ἐστὶ ῥύπος τῶν ὤτων· διὰ δὲ τῶν ὀφθαλμῶν δάκρυα καὶ λήμη.

De Ira.

CAP. XXI.

Quid ira, & quæ illius ſunt ſpecies.

IRA eſt feruor ſanguinis, quo cor ſuffuſum eſt, ex reſpiratione fellis, aut conturbatione natus. Idcircò & χολὴ à Græcis, id eſt, bilis & χόλος dicitur. Aliquando ira, eſt appetitio vindictæ: Nam dum iniuria afficimur aut opinamur nos iniuria affici, iraſcimur, & tum mixta fit affectio ex libidine & ira. Species iræ tres, excandeſcentia, quæ & χολὴ, id eſt, bilis & χόλος dicitur: ſimultas, & inimicitia. Ira enim principium & motum habens, excandeſcentia & bilis appellatur. Simultas, ira inueteraſcens. Hæc Græcis dicitur μῆνις, à manendo, & quòd memoriæ ſit tradita. Inimicitia, vocatur ira, obſeruans occaſionem vlciſcendi: hanc Græci κότον dicunt, παρὰ τὸ κεῖσθαι, hoc eſt, quòd repoſita ſit. Eſt autem ira ſatellitium rationis. Cùm enim ratio iudicarit, rem eſſe dignam quæ ægrè & moleſtè feratur, ſuccedit ira, ſi modò proprium & naturalem ordinem tueantur.

De parte orationis experte, quæ rationi non obtemperat.

CAP. XXII.

QVOD ergo rationi paret, hoc modo ſe habet: de genere eo quod rationi non paret, eſt, in quo nutriendi, procreandi & pulſuum vis ineſt. Quorum duo illa naturalia, hoc poſtremum vitale, nominantur.

De nutriente animæ parte.

CAP. XXIII.

Anima nutrientis quatuor ſunt partes.

ALTRICIS partis vires naturales ſunt quatuor, trahendi, retinendi, commutandi, depellendi. Quæque enim pars animalis naturaliter trahit ad ſe ſuum alimentum, attractum retinet, retentum in ſe mutat, & demum quod ſuperfluum eſt, expellit. Et hæ ſunt facultates quæ cibum partium animalis adminiſtrant, ex quibus accretio, cùm in longitudinem tum in latitudinem proficiſcitur. Depelluntur autem quæ ſuperflua ſunt, per ventrem, per vrinam, per vomitus, per ſudores, per os, per aures, per oculos, per expirationem, per occulta foramina. Ac cæteræ quidem depulſiones in promptu ſunt. Per aures autem ea quæ vocantur κυψέλη, quæ ſunt aurium ſordes. Per oculos, lacrymæ & lippitudines.

Per expirationem, fuliginoſus ille cordis calor depellitur. Occulta autem foramina ſeu poros vocant reſpirationem totius corporis, qua ex imo corpore, & arteriarum contractione plurimi vapores, per cutis raritatem exeunt. Instrumenta nutrientis facultatis ſunt os, ſtomachus, venter, iecur, omnes venæ, inteſtina, bilis vtraque, & renes. Nam os primum præparat ventri cibum, minutim eum per dentes, & linguam concerpens. Nam & lingua maximum vſum in mandendo præbet, quòd cibum cogat, dentibúſque ſubiiciat, non aliter atque molentes fœminæ manu frumentum ſub molas mittunt. Nam quodammodo lingua mandendi cibi manus eſt. Ita autem confectus cibus mittitur ad ventrem per ſtomachum. Stomachus enim non ſolùm indigentiæ percipiendæ inſtrumentum eſt, ſed etiam ciborum meatus. Præſto enim eſt in deglutiendo, & attrahit cibum & ad ventrem demittit: quem venter vbi acceperit, ſecernit quod bonum eſt & ad nutriendum aptum, à lapidoſo, ligneo & inepto ad alendum; ac quod bonum quidem eſt in ſuccos mutans, mittit ad iecur per venas quæ ab ipſo attrahunt & tranſportant ad iecur: quæ venæ velut radices ſunt iecoris, trahentes à ventre alimentum, vt è terra trahunt ſtirpium radices. Similis enim eſt venter terræ, quæ ſtirpibus alimentum præbet; radicum, venæ, quæ ad portas & gibboſas partes iecinoris ſurſum trahant ſuccum, à ventre & inteſtinis per meſenterium: trunci, iecur; ramorum, & extremarum partium arboris, venæ quæ finduntur à vena caua quæ naſcitur è ſimis partibus iecoris. Nam iecur cùm à ventre ſuccum acceperit, concoquit, ſuique ſimilem efficit, ac cùm habeat carnem ſimillimam ſanguinis, meritò in ſanguinem ſuccum conuertit. Sanguis autem purgatur per lienem, & veſicam, quæ bilem accipit & renes: lienis enim trahit quod fœculentum eſt, idque ſibi paſtum facit: veſica quæ bilem accipit, quod acerbi remanſit in ſuccis ex alimento: renes humorem ſeroſum, ac quod acerbi erat reliquum, vt reliquus ſanguis iam purus & vtilis ad nutricandum digeratur in cæteras partes corporis omnes, per venas quæ in eas inſpertæ ſunt. Atque ita ſingulæ partes trahentes ſanguinem, & continentes, & mutantes in naturam ſuam, quod ſuperfluum eſt, tranſmittunt ad vicinas parteis paratum illis idoneum alimentum. Et ad hunc modum omnes partes ſanguine, quem iecur ſuppeditet, aluntur, & augentur, & permanent. Dicitur autem hæc pars à ratione vacua non parere rationi,

Inſtrumenta.

A διὰ δὲ τῆς ἐκπνοῆς τὸ λιγνυῶδες τῆς θερμότητος τῆς καρδίας. ἀδήλους δὲ πόρους φασὶ τὴν διαπνοὴν παντὸς τοῦ σώματος. καθ' ἣν ἐκ τοῦ βάθους καὶ τῆς συστολῆς τῶν ἀρτηριῶν ἀτμοὶ πλεῖστοι διὰ τῆς μανότητος τοῦ δέρματος διεξέρχονται. ὄργανα δὲ τοῦ θρεπτικοῦ, τό τε στόμα καὶ ὁ στόμαχος καὶ ἡ γαστὴρ καὶ τὸ ἧπαρ, αἵ τε φλέβες πᾶσαι, τά τε ἔντερα καὶ αἱ χολαὶ ἀμφότεραι, καὶ οἱ νεφροί. τὸ γὰρ στόμα πρῶτον προκατασκευάζει τῇ γαστρὶ τὴν τροφὴν εἰς λεπτὰ κατατέμνον αὐτὴν διὰ τῶν ὀδόντων καὶ τῆς γλώττης. μεγίστην γὰρ καὶ ἡ B γλῶττα χρείαν παρέχεται τῇ διαμασήσει συνάγουσα τὴν τροφὴν, καὶ τοῖς ὀδοῦσιν ὑποβάλλουσα· καθάπερ αἱ ἀλετρίδες διὰ τῆς χειρὸς τὸν σῖτον ταῖς μύλαις. ἔοικε γάρ πως καὶ ἡ γλῶττα χεὶρ εἶναι τῆς διαμασήσεως· οὕτω δὲ κατεργασθεῖσα ἡ τροφὴ, παραπέμπεται τῇ κοιλίᾳ διὰ τοῦ στομάχου. ὁ γὰρ στόμαχος οὐ μόνον αἰσθητήριόν ἐστι τῆς ἐνδείας, ἀλλὰ καὶ δίοδος τῶν σιτίων. ἀνατρέχει γὰρ ἐν τῇ καταπόσει καὶ ἐπισπᾶται τὴν τροφὴν, καὶ παραπέμπει τῇ κοιλίᾳ. ἡ δὲ κοιλία παραλαβοῦσα χωρίζει C τὸ χρηστὸν καὶ τὸ τρόφιμον ἀπὸ τοῦ λιθώδους καὶ ξυλώδους καὶ ἀτρόφου· καὶ τὸ μὲν χρηστὸν εἰς χυμοὺς μεταβάλλουσα, ἀναπέμπει τῷ ἥπατι διὰ τῶν φλεβῶν τῶν ἑλκουσῶν ἀπ' αὐτῆς, καὶ διοχετευουσῶν εἰς τὸ ἧπαρ· αἵτινες φλέβες ῥίζαις ἐοίκασι τοῦ ἥπατος ἑλκούσαις ἀπὸ τῆς γαστρὸς τὴν τροφὴν, ὡς ἀπὸ τῆς γῆς ἕλκουσιν αἱ τῶν φυτῶν ῥίζαι. ἔοικε γὰρ ἡ μὲν κοιλία τῇ γῇ τῇ παρεχούσῃ τὴν τροφὴν τοῖς φυτοῖς· ῥίζαις δὲ αἱ φλέβες, αἱ ἐπὶ τὰς πύλας καὶ τὰ σιμὰ τοῦ ἥπατος ἀνάγουσαι τὸν χυμὸν ἀπὸ τῆς γαστρὸς καὶ τῶν ἐντέρων διὰ τοῦ μεσαραίου· πρέμνῳ δὲ τὸ ἧπαρ αὐτό· κλάδοις δὲ καὶ ἀκρεμόσιν D αἱ φλέβες αἱ κατασχιζόμεναι τῆς κοίλης φλεβὸς τῆς ἀποφυομένης ἐκ τῶν κυρτῶν τοῦ ἥπατος. τὸ γὰρ ἧπαρ δεξάμενον ἐκ τῆς κοιλίας τὸν χυμὸν, συμπέσσει τε καὶ ἐξομοιοῖ ἑαυτῷ. ὁμοιοτάτην δὲ ἔχον τὴν σάρκα τῷ αἵματι, εἰκότως εἰς αἷμα μεταβάλλει τὸν χυμόν. τὸ δὲ αἷμα καθαίρεται διά τε τοῦ σπληνὸς καὶ τῆς χοληδόχου κύστεως καὶ τῶν νεφρῶν· τοῦ μὲν σπληνὸς τὸ τρυγῶδες ἕλκοντος καὶ τροφὴν οἰκείαν ποιουμένου· τῆς δὲ χοληδόχου κύστεως τὸ δριμὺ τὸ ἐναπομεῖναν τοῖς χυμοῖς ἐκ τῆς τροφῆς· τῶν δὲ νεφρῶν τὸ ὀρρῶδες μετὰ τοῦ παραλειπομένου δριμέος, ὡς καθαρὸν λοιπὸν καὶ χρηστὸν τὸ αἷμα γενόμενον εἰς τροφὴν διανέμεσθαι τοῖς ἄλλοις πᾶσι E μορίοις τοῦ σώματος διὰ τῶν καταπεφυτευμένων εἰς αὐτὰ φλεβῶν. καὶ οὕτως ἕκαστον τῶν μορίων ἕλκει τὸ αἷμα καὶ κατέχει καὶ μεταβάλλει εἰς τὴν ἰδίαν φύσιν, τὸ περιττὸν παραπέμπει τοῖς γειτνιῶσι μορίοις, τροφὴν ἐπιτήδειον ἐκείνοις γενόμενον. καὶ τοῦτον τὸν τρόπον πάντα τὰ μόρια ἐξ αἵματος τρέφεται καὶ αὔξει καὶ διαμένει, χορηγοῦντος αὐτὸ τοῦ ἥπατος. λέγεται δὲ τοῦτο τὸ μέρος τοῦ ἀλόγου μὴ πείθεσθαι λόγῳ,

ἐπειδήπερ οὐ κατὰ γνώμην ἡμῶν, οὐδὲ κατὰ προαίρεσιν, ἀλλὰ φυσικῶς τὸ ἴδιον ἔργον ἀποτελεῖ.

A quòd non ex ſententia, neque electione noſtra, ſed naturaliter ſuum opus efficiat.

Περὶ σφυγμῶν.

ΚΕΦΑΛ. κδ΄.

Ἡ ΔΕ σφυγμικὴ κίνησις καλεῖται μὲν καὶ ζωτικὴ δύναμις· ἔχουσα δὲ τὴν καρδίαν ἀρχήν, καὶ μάλιστα τὴν ἀριστερὰν αὐτῆς κοιλίαν τὴν πνευματικὴν καλουμένην, τὴν ἔμφυτον καὶ ζωτικὴν θερμότητα διαπέμπει παντὶ μορίῳ τοῦ σώματος διὰ τῶν B ἀρτηριῶν, καθάπερ τὸ ἧπαρ διὰ τῶν φλεβῶν τὴν τροφήν. θερμαινομένης γοῦν τῆς καρδίας παρὰ φύσιν, εὐθέως καὶ τὸ ὅλον ζῷον παρὰ φύσιν θερμαίνεται, καὶ ψυχομένης ψύχεται. τὸ γὰρ ζωτικὸν πνεῦμα παρ' αὐτῆς διὰ τῶν ἀρτηριῶν εἰς πᾶν τὸ σῶμα κατασπείρεται· συγκαταμίζεται δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἀλλήλοις τὰ τρία ταῦτα· φλέψ, ἀρτηρία, νεῦρον, ἐκ τῶν τριῶν ἀρχῶν τῶν διοικουσῶν τὸ ζῷον. ἐξ ἐγκεφάλου μὲν ἀρχῆς ὄντος κινήσεώς τε καὶ αἰσθήσεως, τὸ νεῦρον· ἐξ ἥπατος δὲ ἀρχῆς ὄντος αἵματός τε καὶ τοῦ θρεπτικοῦ, ἡ φλέψ C τὸ ἀγγεῖον τοῦ αἵματος· ἐκ δὲ τῆς καρδίας ἀρχῆς οὔσης τοῦ ζωτικοῦ, ἡ ἀρτηρία τὸ ἀγγεῖον τοῦ πνεύματος. συνιόντα δὲ ἀλλήλοις τῆς παρ' ἀλλήλων ὠφελείας καρποῦται· ἡ μὲν γὰρ φλέψ τροφὴν χορηγεῖ τῷ νεύρῳ καὶ τῇ ἀρτηρίᾳ· ἡ δὲ ἀρτηρία δίδωσι τῇ φλεβὶ θερμασίας φυσικῆς, καὶ πνεύματος ζωτικοῦ. ὅθεν οὔτε ἀρτηρίαν ἐστὶν εὑρεῖν χωρὶς αἵματος λεπτοῦ, οὔτε φλέβα χωρὶς πνεύματος ἀτμώδους. διαστέλλεται δὲ σφοδρῶς καὶ συστέλλεται ἡ ἀρτηρία καθ' ἁρμονίαν τινὰ καὶ λόγον, τὴν ἀρχὴν ἔχουσα τῆς κινήσεως ἐκ τῆς καρδίας. D ἀλλὰ διαστελλομένη μὲν ἐκ τῶν παρακειμένων φλεβῶν ἕλκει τῇ βίᾳ τὸ λεπτὸν αἷμα· ὅπερ ἀναθυμιώμενον τροφὴ γίνεται τῷ ζωτικῷ πνεύματι. συστελλομένη δὲ τὸ αἰθαλῶδες τὸ ἐν αὐτῇ κενοῖ διὰ παντὸς τοῦ σώματος καὶ τῶν ἀδήλων πόρων· ὡς διὰ τοῦ στόματος καὶ τῆς ῥινὸς ἡ καρδία τὸ λιγνυῶδες ἐν ταῖς ἐκπνοαῖς ἀπωθεῖται.

De pulſibus.

CAP. XXIV.

PVLSVVM motus, qui & vitalis facultas dicitur, initium habet à corde, & maximè à ſiniſtro eius ventriculo, qui ſpirabilis appellatur, & inuatum vitalémque calorem omni parte corporis B per arterias, vt iecur alimentum per venas, impertit. Nam concalefacto corde contra naturam, ſtatim totum animal contra naturam caleſit, & refrigerato refrigeratur. Nam ſpiritus vitalis, ab eo per arterias in totum corpus diſpergitur. Plerumque autem inter ſe hæc tria ſimul ſinduntur, vena arteria, neruus; è tribus initiis quæ animal gubernant, profecta. E cerebro, principio mouendi & ſentiendi neruus: E iecore, principio ſanguinis, & alentis facultatis, vena, vas ſanguinis: C E corde, principio vitalis facultatis, arteria, vas ſpiritus. Cùm autem hæc congrediuntur, mutuis inter ſe commodis fruuntur. Vena enim paſtum ſuppeditat neruo & arteriæ. Arteria, venæ calorem naturalem & ſpiritum vitalem impertit. Vnde neque arteria inueniri poteſt ſine tenui ſanguine, neque vena ſine ſpiritu, qui ad vaporis naturam accedat. Diducitur autem vehementer, & contrahitur arteria, harmonia quadam, & ratione, initio motus à corde ſumpto. Sed dum didu- D citur, à proximis venis vi trahit tenuem ſanguinem, cuius reſpiratio fit alimentum ſpiritui vitali. Dum autem contrahitur, quod in ſe fulginoſi eſt, per totum corpus, & occulta foramina exhaurit: quomodo cor, per os, & nares, quidquid fuliginoſi eſt, expirando ſurſum expellit.

Περὶ τοῦ γεννητικοῦ καὶ σπερματικοῦ.

ΚΕΦΑΛ. κε΄.

ΚΑΙ τὸ γεννητικὸν δὲ τοῦ μέρους ἐστὶ τοῦ μὴ κατηκόου λόγῳ· ἀβουλήτως γὰρ ἐν ταῖς ὀνειρώξεσι προΐεμεν τὴν γονήν. καὶ ἡ ἐπιθυμία δὲ τῆς συνουσίας φυσική. ἄκοντες γὰρ ἐπ' αὐτὴν κινούμεθα· ἡ δὲ πρᾶξις ὁμολογουμένως ἐφ' ἡμῖν καὶ ψυχική. καὶ γὰρ διὰ τῶν καθ' ὁρμὴν ὀργάνων, συντελεῖται,

E *De generandi aut ſeminandi facultate.*

CAP. XXV.

GENERANDI quoque vis, partis eſt eius quæ rationi non obtemperat. Nam ſine voluntate noſtra in ſomnis ſemen emittimus, & cupiditas coniunctionis naturalis eſt. Inuiti enim ad eam ferimur, quanquam actio ſine controuerſia in nobis ſita eſt, & ab anima pendet. Etenim inſtrumentis, quę appetitioni naturali ſeruiunt, conficitur,

& abſtinere appetitione, eamque comprimere, in nobis eſt poſitum. Inſtrumenta autem ſeminandi facultatis prima venæ ſunt, & arteriæ. In bis enim per conuerſionem ſanguinis, primum humidum, quod ad ſeminis naturā vergit, vt in mammis lac procreatur. Horum enim vaſorum alimentum bic humor eſt, propterea quòd à principio è ſemine procreata ſint. Excoqnunt igitur arteriæ & venæ ſanguinem, in humidū, quod ad naturam ſeminis accedit, vt alatur. Atque quod ex earum alimento relinquitur, ſemen fit. Fertur enim primùm quidem multa circuitione in caput, deinde à capite per binas venas bináſque arterias delabitur. Quare ſi quis excîdat venas, quæ ſint circa aures, & parotides, animal ſterile reddit, & ineptum ad generandum. Hæ autem venæ & arteriæ euadunt illud tortuoſnm, & quod inſtar varicū eſt innolucrum, quod eſt ad ſcrotum, vbi humidum illud quod ad ſemen accedit, labitur in vtrumque teſtem. Vna eſt arteria, vnáque vena plena ſeminis, in quibus perfectè ſemen perficitur, & per tortuoſum paraſtatem qui ſecundus teſtis eſt, cum flatu depellitur: quoniam & arteria eſt quæ mittit: ferri autem etiam à vena libidinoſa petulantia oſtendit. Cùm enim diu concubuerint, & id in quo ſeminis vis ineſt, & genitalem bumorem conſumpſerint, tnm etiam per violentam contentionem purum ſanguinem emittunt. Mulieres quoque omnes eaſdem, quas viri partes habent, ſed intus, non extra. Ariſtoteles quidem, & Democritus, nibil volunt conferre ſemen mulieris ad procreationem liberorum. Quod enim mittitur à mulieribus, ſudorem potiùs membri, quàm ſemen eſſe volunt. Galenus verò damnans Ariſtotelem, ait, ſemen emittere mulieres, & mixtionem vtriuſque ſeminis, fœtum efficere: qnare etiam concubitum mixtionem dici: non tamen perfectum ſemen vt viri, ſed adhuc crudum & bumidius. Cùm autem tale ſit mulieris ſemen, alimentum fit virilis: & ex eo pars quædā loci, qui eſt ad cornua vteri, concreſcit, & quod à farciminis forma ἀλλαντοειδὴς nominatur, quod reliquiarū cibi fœtus, dum in vtero eſt, receptaculum eſt. In vnoquoque autem genere animalis, tum fœmina marem admittit, cùm poteſt concipere. Quæ ergo ſemper poſſunt concipere, ſemper coniunctionem admittunt, vt gallinæ, & columbæ, & bomo. Sed cætera dū grauida ſunt, fugiunt coniunctionē, mulier ſemper admittit. Nam gallinæ quidem, quòd quotidie ferè pariant, quotidie ferè cum mare congrediuntur. Mulieres autem, vt in cæteris rebus, voluntate ſunt liberæ, ita etiam in concubitu poſt conceptionem. Nam beſtiæ non à ſeipſis, ſed à natura diriguntur, & modus eis tempúſque definitum naturæ lege ſtatutum eſt.

καὶ ἀποσχέσθαι τῆς ὁρμῆς καὶ κρατῆσαι ἐφ' ἡμῖν ἐστιν. ὄργανα δὲ τῆς σπερματικῆς δυνάμεως πρῶτα αἱ φλέβες καὶ αἱ ἀρτηρίαι. ἐν ταύταις γὰρ τὸ θορῶδες πρῶτον ὑγρὸν τίκτεται μεταβληθέντος τοῦ αἵματος, καθάπερ ἐν τοῖς τίτθοις τὸ γάλα. τροφὴ γὰρ τῶν ἀγγείων τούτων ἐστὶν ὁ χυμὸς οὗτος· καὶ γὰρ τὴν ἀρχὴν ἐκ σπέρματος ἡ γένεσις αὐτοῖς ἐστιν. ἐκπέσσουσι μὲν οὖν αἱ ἀρτηρίαι καὶ αἱ φλέβες τὸ αἷμα εἰς τὸ θορῶδες ὑγρόν, ἵνα τρέφωνται· τὸ δὲ περιττεῦον τῆς τροφῆς αὐτῶν γονὴ γίνεται. ἀναφέρεται γὰρ πρῶτον μὲν διὰ περιόδου πολλῆς εἰς τὴν κεφαλήν· πάλιν δὲ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καταφέρεται διὰ δύο φλεβῶν καὶ δύο ἀρτηριῶν. ὅθεν ἐάν τις ἐκτέμῃ τὰς φλέβας τὰς περὶ τὰ ὦτα καὶ τὰς περὶ τὰς παρωτίδας, ἄγονον ποιεῖ τὸ ζῶον. αὗται δὲ αἱ φλέβες καὶ ἀρτηρίαι γίνονται τὸ ἑλικοειδὲς καὶ κιρσοειδὲς πλέγμα παρὰ τὸν ὄσχεον, ἔνθα τὸ θορῶδες ὑγρὸν ἐμπίπτει εἰς ἑκάτερον τῶν διδύμων. μία ἀρτηρία καὶ μία φλὲψ πλήρης σπέρματος· ἐν τούτοις δὲ τελείως ἀποσπερματοῦται· καὶ διὰ τοῦ κιρσοειδοῦς παραστάτου τοῦ μετὰ τοὺς διδύμους ἐκκρίνεται μετὰ πνεύματος. διότι καὶ ἀρτηρία ἐστὶν ἡ πέμπουσα. ὅτι δὲ καὶ ἀπὸ φλεβὸς φέρεται, δῆλόν ἐστιν ἐκ τῆς λαγνείας. ὅταν γὰρ ἐπὶ πολὺ συνουσιάσωσι καὶ καταναλώσωσι τὸν σπερματικὸν καὶ θορώδη χυμόν, τότε καὶ ὑπὸ τῆς βιαίας ὁλκῆς, αἷμα καθαρὸν ἐκκρίνουσι. καὶ αἱ γυναῖκες δὲ πάντα τὰ αὐτὰ τοῖς ἀνδράσιν ἔχουσι μόρια, ἀλλ' ἔνδον καὶ οὐκ ἔξω. Ἀριστοτέλης μὲν οὖν καὶ Δημόκριτος, οὐδὲν βούλονται συντελεῖν τὸ τῆς γυναικὸς σπέρμα πρὸς γένεσιν τέκνων· τὸ γὰρ προϊέμενον ἐκ τῶν γυναικῶν, ἱδρῶτα τοῦ μορίου μᾶλλον ἢ γονὴν εἶναι βούλονται. Γαληνὸς δὲ καταγινώσκων Ἀριστοτέλη, λέγει σπερμαίνειν μὲν τὰς γυναῖκας καὶ τὴν μίξιν ἀμφοτέρων τῶν σπερμάτων ποιεῖν τὸ κύημα· διὸ καὶ τὴν συνουσίαν μίξιν λέγεσθαι. οὐ μὴν τελείαν γονὴν ὡς τὴν τοῦ ἀνδρός, ἀλλ' ἔτι ἄπεπτον καὶ ὑγροτέραν. τοιαύτη δὲ οὖσα τῆς γυναικὸς ἡ γονὴ τροφὴ γίνεται τῆς τοῦ ἀνδρός. ἐξ αὐτῆς δὲ καὶ μέρος τι τοῦ χωρίου τοῦ περὶ τὰς κεραίας τῆς μήτρας συμπήγνυται, καὶ ὁ καλούμενος ἀλλαντοειδὴς ὑποδοχεῖον ὢν τῶν περιττωμάτων τοῦ ἐμβρύου· καθ' ἕκαστον δὲ γένος ζώου τότε προσίεται ἡ θήλεια τὸν ἄρρενα, ὅταν δύνηται κυΐσκεσθαι. τὰ τοίνυν ἀεὶ δυνάμενα κυΐσκεσθαι, ἀεὶ προσίεται τὴν συνουσίαν· ὡς ἀλεκτορίδες καὶ περιστεραὶ καὶ ἄνθρωποι. ἀλλὰ τὰ μὲν ἄλλα κύοντα, τὴν συνουσίαν ἀποφεύγει, γυνὴ δὲ ἀεὶ προσδέχεται. αἱ γὰρ ἀλεκτορίδες τῷ καθ' ἑκάστην ἡμέραν σχεδὸν τίκτειν, καθ' ἑκάστην σχεδὸν προσίενται τὴν συνουσίαν· αἱ δὲ γυναῖκες ὡς ἐν τοῖς ἄλλοις τὸ αὐτεξούσιον ἔχουσιν, οὕτω καὶ ἐν τῇ συνουσίᾳ τῇ μετὰ τὴν σύλληψιν. τὰ γὰρ ἄλογα τῶν ζώων οὐκ ἀφ' ἑαυτῶν ἀλλ' ὑπὸ τῆς φύσεως ἡγεμονίζεται, καὶ μέτρα καὶ καιρὸν ὡρισμένον δέχεται.

A

Ἄλλη διαίρεσις τῶν διοικουσῶν δυνάμεων τὸ ζῶον.

ΚΕΦΑΛ. κϛʹ.

ΔΙΑΙΡΟΥΣΙ δὲ καὶ ἄλλως τὰς κατὰ τὸ ζῶον δυνάμεις. καὶ τὰς μὲν λέγουσι ψυχικάς, τὰς δὲ φυσικάς, τὰς δὲ ζωτικάς· καὶ ψυχικὰς μὲν τὰς κατὰ προαίρεσιν· φυσικὰς δὲ καὶ ζωτικὰς τὰς ἀπροαιρέτους· καὶ εἰσὶ ψυχικαὶ μὲν, δύω· ἥ τε καθ᾽ ὁρμὴν κίνησις καὶ αἴσθησις· τῆς δὲ καθ᾽ ὁρμὴν κινήσεως εἴδη, τό τε μεταβατικὸν καὶ κινητικὸν τοῦ σώματος παντός, καὶ φωνητικὸν καὶ B ἀναπνευστικόν. ἐν ἡμῖν γὰρ ταῦτα καὶ ποιεῖν καὶ μὴ ποιεῖν. φυσικαὶ δὲ καὶ ζωτικαὶ αἱ οὐκ ἐφ᾽ ἡμῖν, ἀλλὰ καὶ ἑκόντων καὶ ἀκόντων γινόμεναι, ὡς ἡ θρεπτικὴ καὶ αὐξητικὴ καὶ σπερματικὴ φυσικαὶ οὖσαι· καὶ ἡ σφυγμικὴ ζωτικὴ οὖσα· τὰ δὲ ὄργανα τῶν μὲν ἄλλων ἔμπροσθεν εἴρηται· τῆς δὲ κατὰ προαίρεσιν κινήσεως νῦν ἐροῦμεν.

Alia diuiſio facultatum quæ animal adminiſtrant.

Cap. XXVI.

PArtiuotur aliter facultates, quę in animali ſunt: & earũ partim aoimæ vires dicũt, partim naturales, partim vitales. Aoimæ quidem, quæ ſuot ex electione, & conſilio. Naturales autẽ, & vitales qoę ſioe electione & conſilio ſunt. Et ſunt aoimę facultates duæ, mot⁹ quo per ſe, & cũ appetitu agitãtur animalia & B ſenſus. Motũs portò, quo per ſe animalia ciẽtur, & cũ appetitu, ſpecies ſuot, progredieodi vis ab vno loco io aliũ, totiúſq. corporis mouẽdi, & vocis edẽdæ facultas, & reſpirandi. In nobis enim eſt ſitũ hæc facere, & ooo facere. Naturales & vitales nõ ſuot in ooſtra poteſtate poſitæ, ſed velimus oolimus, fiũr, vt nutriẽdi, augẽdi, & geoerãdi vis, quę ſunt naturales, & pulſuũ quæ vitalis eſt. Ac cæterorũ quidẽ ioſtrumeota aoteà diximus, ouoc motus eius, qui ex electiooe ſuſcipitur, exponemus.

C

Περὶ τῆς καθ᾽ ὁρμὴν ἢ κατὰ προαίρεσιν κινήσεως ἥτις ἐστὶ τοῦ ὀρεκτικοῦ.

ΚΕΦΑΛ. κζʹ.

ΕΣΤΙΝ οὖν τῆς κατὰ προαίρεσιν ἢ καθ᾽ ὁρμὴν κινήσεως, ἀρχὴ μὲν ὁ ἐγκέφαλος καὶ ὁ νωτιαῖος μυελός, ἐγκεφάλου μέρος ὢν καὶ αὐτός. ὄργανα δὲ τὰ ἐκ τούτων πεφυκότα νεῦρα καὶ οἱ σύνδεσμοι καὶ οἱ μύες. οἱ δὲ μύες συνεστήκασιν ἔκ τε σαρκῶν καὶ νευρωδῶν ἰνῶν καὶ τενόντων συμπεπλεγμένων ταῖς τῶν νεύρων ἰσίν. ὅθεν τινὲς ᾠήθησαν αὐτοὺς αἰσθητικοὺς εἶναι διὰ τὴν D γινομένην ἐκ τῶν συμπεπλεγμένων αὐτοῖς νεύρων αἴσθησιν. ἔστιν οὖν ὁ τένων σύνθετος ἔκ τε συνδέσμου καὶ νεύρων λεπτῶν· διαφέρει δὲ νεύρου τένων· ὅτι τὸ μὲν νεῦρον αἰσθητικόν ἐστι καὶ στρογγύλον καὶ ἁπαλώτερον, καὶ ἀπ᾽ ἐγκεφάλου τὴν ἀρχὴν ἔχει. ὁ δὲ τένων καὶ σκληρότερος, καὶ ἐξ ὀστέου καὶ ἀναίσθητος καθ᾽ ἑαυτὸν καὶ ἔσθ᾽ ὅτε πλατύς. εἰσὶ δὲ αἱ μὲν χεῖρες ἀντιληπτικὸν ὄργανον, καὶ πρὸς τὰς τέχνας ἐπιτηδειότατον. ἐὰν γάρ τις ἀφέλῃ τὰς χεῖρας, ἢ μόνους τοὺς δακτύλους τῶν χειρῶν, εἰς πάσας σχεδὸν τὰς τέχνας ἀχρηστότατον ποιεῖ τὸν ἄνθρωπον. διὸ καὶ μόνος ἄνθρωπος, ἐπεὶ E λογικός ἐστι καὶ τεχνῶν δεκτικός, χεῖρας ἔχει παρὰ τοῦ δημιουργοῦ· οἱ δὲ πόδες μεταβατικὸν ὄργανον. τὴν γὰρ κατὰ τόπον κίνησιν διὰ τούτων ποιούμεθα· μόνος δὲ ἄνθρωπος καθέζεται μηδενὸς ἐρείσματος δεόμενος. μόνος γὰρ πρὸς δύο γωνίας ὀρθὰς κάμπτει τὰ σκέλη κατά τε τὸ ἰσχίον καὶ τὴν ἰγνύν· τὴν μὲν ἐπὶ τὰ ἔνδον· τὴν δὲ ἐπὶ τὰ ἔξω. ὅσα τοίνυν διὰ νεύρων καὶ μυῶν κινεῖται, ταῦτα πάντα ψυχικά τέ ἐστι

De motu quem animalia per ſe, aut per electionem ſuſcipiunt, qui ad appetitum pertinet.

Cap. XXVII.

EST igitur motus, quem per electionem, aut per ſe animalia ſuſcipiunt, priocipium, cerebrum, & dorſi medulla: quippe quæ cerebri pars ſit. Inſtrumenta, nerui qui ex his orti ſunt, & ligamenta, & muſculi. Muſculi autem cooſtaot è carnibus & neruoſis fibris & teodinibus, qui cum neruorum fibris complacati ſuot. Quare aliqui D exiſtimarunt eos ſentiendi vim habere, propter ſenſum, qui fit ex neruis qui illis ſunt connexi. Itaque tendo è ligameoto & teouibus oeruis eſt compoſitos. Differt autem à neroo teodo, qoòd omnis neruus ſentiendi vi eſt præditus, & rotundus, & molliuſculus, & à cerebro originem docit. Tendo verò & durior eſt & ex oſſe, & per ſe ſeoſus expers & latus aliquando. Sunt autem manus ad capiendum, & ad artificia exercenda inſtrumentum aptiſſimum. Si quis enim manus, aut ſolos manuum digitos ademerit, ad omnes ferè arteis homi- E nem inhabilem reddit. Idcirco ſolus homo, quooiam ratione vtitur, & in eum artes cadunt, à Deo manibus dooatus eſt. Pedes verò gradiendi ſuot inſtrumeotum, quòd per eos loco moueamur. Porrò autem ſolus homo ſedet nullius adminiculi indigens. Solus enim ad duos angulos rectos crura & ad coxam & ad poplites flectit, alteros iotrorſum, alteros extrorſum. Quæ ergo per neruos & muſcula mouentur, hæc omnia ab anima pendent

Solus homo manibus eſt donatus.

A & electione fiunt, in quibus & ſenſus & vocem numerandam eſſe oſtendimus. Atque hinc animæ, & naturæ operum, probabilis eſt diſtinctio, & diiudicatio ſumenda eſt. At Deus ſumma ſua prouidentia, cum naturalibus, animæ opera, & viciſſim, cum animæ operibus, naturalia coniunxit. Quoniam enim eiectio reliquiarum cibi & potionis, depellendi facultatis eſt, quæ vna eſt de naturalibus viribus, ne præter electionem & voluntatem noſtram aliquid indecorè agamus, ſi vel vbi non oportet, vel quando non oportet, vel in quibus nõ oportet, excernamus, ianitores quoſdam præfecit depulſionibus muſculos,
B & ita naturæ opera vt animæ eſſent, effecit. Nam hanc ob cauſam & ſæpè & diu ſuſtinere depulſiones poſſumus. Demittuntur autẽ ſentiẽtes & molles nerui à medio, & anterioribus ventriculis cerebri: Duriores verò & in quibus mouendi vis ineſt, à poſtremo ventriculo & dorſi medulla. Sed duriores ſunt qui ex dorſi medulla, & in his maximè qui ex inferioribus eius partibus proficiſcuntur. Quo enim magis abſcedit à cerebro medulla dorſi, eò cùm ipſa fit durior, tum nerui qui ex ea naſcuntur.
C Sicut autem ſenſus duplices accepimus, ſic ortum neruorum duplicem habemus. Quæque enim medullæ dorſi vertebra coniugationem neruorum emittit: cuius altera, ad dextram corporis partem tendit; altera, ad læuam. Ferè enim totum corpus noſtrum in duo diuiſum eſt, in dextrũ & læuum. Sic & pedes & manus, & quodque reliquorum, quemadmodum & inſtrumenta ſentiendi, dextra læuáque accepimus.

D

De Reſpiratione.

Cap. XXVIII.

RESPIRATIO etiam ex animæ muneribus numeratur. Etenim muſculi ſunt, qui thoracem diducunt, præcipuum reſpirandi inſtrumentum. Atque ea reſpiratio quæ confertim, & cum gemitu fit, in magnis doloribus animæ eſſe munus oſtendit. In noſtra quoque poteſtate eſt, pro eo atque vſus poſtulat, reſpirationem mutare.
E Nam dum ex aliqua parte quæ reſpirandi vim continet, laboramus: aut quæ cum aliqua harum partium mouetur, vt ſepto tranſverſo, aut iecore, aut ſplene, aut ventriculo & tenuibus inteſtinis & colo: paululum & crebrò reſpiramus: paululum, vt ne vehementer percutiamus partem eam quæ dolet: crebrò, vt quod defuit magnitudini, crebritate compenſetur: etenim cùm dolet crus, non multum ipſum interambulandum producimus, ob eandem cauſam ob quam & reſpirationem. Vt ergo incedere animæ opus eſt,

A καὶ κατὰ προαίρεσιν ἀποτελεῖται. τούτων δὲ καὶ τὰς αἰσθήσεις καὶ τὴν φωνὴν ἐδείξαμεν εἶναι. αὕτη μὲν οὖν ἐστιν ἡ κατὰ λόγον τῶν τε ψυχικῶν καὶ φυσικῶν ἔργων διάγνωσις. ὁ δὲ δημιουργὸς κατὰ τὴν ἄκραν ἑαυτοῦ προμήθειαν συνέπλεξε τοῖς φυσικοῖς τὰ ψυχικά, καὶ ἀνάπαλιν. ἐπειδὴ γὰρ ἡ ἔκκρισις τῶν περιττωμάτων τῆς ἀποκριτικῆς ἐστι δυνάμεως, ἥτις μία τῶν φυσικῶν ἐστι δυνάμεων, ἵνα μὴ ἀπροαιρέτως ἀσχημονῶμεν, ἔνθα οὐ δεῖ καὶ ὅτε οὐ δεῖ καὶ ἐφ' ὧν οὐ δεῖ προϊέμενοι, πυλωρούς τινας ἐπέστησε τῆς ἐκκρίσεως τοὺς μῦς, καὶ οὕτως ἐποίησε τὰ τῆς φύσεως ἔργα ψυχικά.
B τὰς γοῦν ἐκκρίσεις ἐπέχειν, διὰ τοῦτο δυνάμεθα καὶ πολλάκις καὶ ἐπὶ πολύ. καταπέμπεται δὲ τὰ μὲν αἰσθητικὰ καὶ μαλακὰ νεῦρα ἀπό τε τῆς μέσης καὶ τῶν ἔμπροσθεν κοιλιῶν τοῦ ἐγκεφάλου· τὰ δὲ σκληρότερα καὶ κινητικὰ ἀπὸ τῆς ὄπισθεν κοιλίας καὶ τοῦ νωτιαίου μυελοῦ. σκληρότερα δὲ μᾶλλόν ἐστι τὰ ἐκ τοῦ νωτιαίου. καὶ τούτων δὲ ἔτι μᾶλλον τὰ ἐκ τῶν κάτωθεν μερῶν τοῦ νωτιαίου. ὅσον γὰρ πλέον ἀποχωρεῖ τοῦ ἐγκεφάλου ὁ νωτιαῖος, τοσούτῳ πλέον αὐτός τε σκληρότερος γίνεται, καὶ τὰ νεῦρα τὰ ἐξ αὐτοῦ φυόμενα.
C ὥσπερ δὲ τὰς αἰσθήσεις διπλᾶς ἐλέγομεν, οὕτως καὶ τὰς ἐκφύσεις τῶν νεύρων διπλᾶς ἔχομεν. ἕκαστος γὰρ σφόνδυλος τοῦ νωτιαίου συζυγίαν ἐκπέμπει νεύρων· ἧς τὸ μὲν ἐπὶ τὰ δεξιὰ μέρη τοῦ σώματος χωρεῖ, ἕτερον δὲ ἐπὶ τὰ ἀριστερά. σχεδὸν γὰρ ὅλον ἡμῶν τὸ σῶμα εἰς δύο μεμέρισται, εἰς δεξιὰ καὶ ἀριστερά. οὕτω καὶ πόδες καὶ χεῖρες καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον, ὡς καὶ τῶν αἰσθητηρίων.

Περὶ ἀναπνοῆς.

ΚΕΦΑΛ. κη'.

ΚΑΙ ἡ ἀναπνοὴ δὲ τῶν ψυχικῶν ἐστιν ἔργων· καὶ γὰρ μύες εἰσὶν οἱ διαστέλλοντες τὸν θώρακα τὸ κυριώτατον τῆς ἀναπνοῆς ὄργανον. καὶ ἡ ἀθρόα καὶ στεναγμώδης ἀναπνοὴ ἐπὶ ταῖς μεγάλαις λύπαις γινομένη ψυχικὴν δείκνυσι τὴν ἐνέργειαν. ἐφ' ἡμῖν δὲ καὶ αἱ κατὰ τὴν χρείαν τῆς ἀναπνοῆς μεταβολαί.
E ἀλγοῦντος γάρ τι τῶν ἀναπνευστικῶν μορίων ἢ τῶν συγκινουμένων αὐτοῖς, οἷον τοῦ διαφράγματος ἢ τοῦ ἥπατος, ἢ τοῦ σπληνός, ἢ τῆς κοιλίας καὶ τῶν λεπτῶν ἐντέρων καὶ τοῦ κώλου, μικρὸν καὶ πυκνὸν ἀναπνέομεν· μικρὸν μέν, ἵνα μὴ σφοδρότερον πλήττωμεν τὸ ἀλγοῦν μόριον· πυκνὸν δέ, ἵνα τὸ λεῖπον κατὰ τὸ μέγεθος ἡ πυκνότης ἀναπληρώσῃ. καὶ γὰρ ὅταν ἀλγῶμεν τὸ σκέλος, ἐπ' ὀλίγον ἐκτείνομεν αὐτό, βαδίζοντες διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν, δι' ἣν καὶ τὴν ἀναπνοήν. ὥσπερ οὖν καὶ τὸ βαδίζειν ψυχικόν,

οὔπω καὶ τὸ τῆς ἀναπνοῆς. ἀλλ' ἡσυχάζοντες μὲν καὶ μὴ βαδίζοντες ἐπὶ πλεῖστον χρόνον ζῆν δυνάμεθα. τὴν δ' ἀναπνοὴν οὐδὲ δέκατον ὥρας μέρος ἐπισχεῖν ἔξεστι. καταπνιγόμενον γὰρ τὸ ἐν ἡμῖν θερμὸν ἐκ τῆς αἰθάλης κατασβέννυται, καὶ παραχρῆμα θάνατον ἐπάγει. καὶ γὰρ εἰ φλόγα τις σκεπάσῃ ἐν ἀγγείῳ τινὶ, διαπνοὴν οὐκ ἔχοντι, ἀποσβέσειεν ἂν αὐτὴν καταπνιγεῖσαν ἀπὸ τῆς λιγνύος. διὰ ταύτην οὖν τὴν ἀνάγκην καὶ κοιμωμένων ἡμῶν οὐδὲν ἧττον ἐνεργεῖ κατὰ τοῦτο τὸ μέρος ἡ ψυχὴ εἰδυῖα ὡς εἰ τὸ βραχύτατον ῥαθυμήσοιε, διαφθείρεται τὸ ζῷον. πάλιν οὖν ἐνταῦθα τὸ ψυχικὸν συνεπλάκη τῷ φυσικῷ. δι' ἀρτηρίας γὰρ ποιεῖται τὴν ἐνέργειαν τῆς ἀναπνοῆς ὀργάνου φυσικοῦ καὶ ἀεὶ κινουμένου ἵνα μηδέποτε ἐπιλείπῃ τὸ ἔργον αὐτῆς, ὡς οὐδὲ τῶν ἄλλων ἀρτηριῶν. ὅθεν τινὲς οὐ συνιέντες, φυσικὴν ἐνόμισαν εἶναι τὴν ἀναπνοήν. τρία δὲ τῆς ἀναπνοῆς ἐστιν αἴτια· χρεία, δύναμις, ὄργανα. χρεία μὲν διττή· φυλακή τε τῆς ἐμφύτου θερμασίας, καὶ θρέψις τοῦ ψυχικοῦ πνεύματος. ἀλλ' ἡ μὲν φυλακὴ τῆς κατὰ φύσιν θερμότητος διά τε τῆς εἰσπνοῆς καὶ τῆς ἐκπνοῆς συνίσταται· τῆς μὲν εἰσπνοῆς ψυχούσης καὶ μετρίως ἀναρριπιζούσης τὸ θερμόν· τῆς δὲ ἐκπνοῆς τὸ λιγνυῶδες τῆς καρδίας ἐκχεούσης· ἡ δὲ θρέψις τοῦ ψυχικοῦ πνεύματος διὰ μόνης τῆς ἀναπνοῆς. ἕλκεται γάρ τις ἀέρος μοῖρα κατὰ τὰς διαστολὰς τῆς καρδίας εἰς αὐτήν· δύναμις δὲ ἡ ψυχική. αὕτη γάρ ἐστιν ἡ κινοῦσα τὰ ὄργανα τῆς ἀναπνοῆς διὰ τῶν μυῶν, καὶ πρῶτον τὸν θώρακα· τούτῳ δὲ συγκινεῖται ὁ πνεύμων καὶ αἱ τραχεῖαι ἀρτηρίαι μέρος οὖσαι τοῦ πνεύμονος. τῆς γὰρ τραχείας ἀρτηρίας τὸ μὲν χονδρῶδες τῆς φωνῆς ἐστιν ὄργανον· οἱ δὲ ὑμενώδεις αὐτῆς δεσμοὶ τῆς ἀναπνοῆς· τὸ δ' ἐξ ἀμφοτέρων τούτων αὐτὴ ἡ ἀρτηρία φωνητικόν τε ἅμα καὶ ἀναπνευστικὸν ὄργανον. ἔστιν οὖν ὁ πνεύμων πλέγμα συγκείμενον ἐκ τεσσάρων, ἔκ τε τῆς τραχείας ἀρτηρίας, καὶ τῆς λείας, καὶ φλεβὸς, καὶ τῆς ἀφρώδους σαρκὸς αὐτοῦ τοῦ πνεύμονος· ἥτις σὰρξ ἀναπληροῖ δίκην στοιβῆς τὰς μεταξὺ χώρας τοῦ πλέγματος, τῶν τε δύο ἀρτηριῶν καὶ τῆς φλεβός· ὥστε τούτων ἕδραν αὐτὴν καὶ δεσμὸν γενέσθαι. συμπέσσει δὲ ἡ σὰρξ τοῦ πνεύμονος φυσικῶς τὸ πνεῦμα, καθάπερ τὸ ἧπαρ τὸν ἐκ τῆς κοιλίας χυμόν. καὶ διὰ τοῦτο, ὥσπερ τὸ ἧπαρ ἄκροις τοῖς λοβοῖς ἑαυτοῦ περιέχει τὴν γαστέρα θερμασίας δεομένην, οὕτω καὶ ὁ πνεύμων μέσην περιλαμβάνει τὴν καρδίαν δεομένην τῆς ἐκ τῆς ἀναπνοῆς περιψύξεως. συνάπτεται δὲ τῇ τραχείᾳ ἀρτηρίᾳ κατὰ τὸ συνεχὲς ὁ βρόγχος συγκείμενος ἐκ μεγάλων τριῶν χόνδρων· τούτῳ δ' ὁ φάρυγξ, εἶτα τὸ στόμα καὶ ἡ ῥίς. δι' ἀμφοτέρων γὰρ ἕλκομεν ἔξωθεν τὸν ἀέρα· χωρεῖ δ' ἐντεῦθεν διὰ τοῦ ἠθμοειδοῦς ἢ σπογγοειδοῦς ὀστοῦ· ὅπερ κατατέτρηται,

A ta reſpirare: quanquam vt quieſcamus, neque incedamus, diutiſſimè viuere poſſimus, at reſpirationem ne decimam quidem horæ partem vt cohibeamus, fieri poteſt. Nam ſuffocatur calor qui in nobis eſt, fuligine, ideóque extinguitur, & confeſtim interitum affert. Nam ſi flammam quis tegat in vaſe aliquo, quod anhelitum non habeat, eam fuligine ſuffocatam extinxerit. Itaque neceſſariò etiam dormientibus nobis, nihilominus hac parte anima ſuo munere fungitur, quòd non ignorat ſi ad breuiſſimum tempus ceſſa- B uerit, animal interiturum. Quare rurſus hîc animæ opus cum naturæ munere coniunctum eſt. Per arteriam enim, reſpirandi officio fungitur, quæ inſtrumentum naturale eſt, & ſemper mouetur, vt nunquam eius opus occidat, quemadmodum neque cæterarum arteriatum. Quod aliqui dum non intelligerent, naturæ opus eſſe reſpirationem putauerunt. Tres autem ſunt cauſæ reſpirationis, vſus, facultas, inſtrumenta. Vſus duplex, conſeruatio natiui caloris, & animæ ſpiritus educatio. Verùm conſeruatio qui- C dem caloris naturalis, ducendo & emittendo ſpiritu conſtat, quòd ductus refrigeret, & moderatè calorem excitet: emiſſio fuliginem cordis effundat. Educatio autem ſpiritus animæ, ſola reſpiratione fit: quoniam ad cor dum diducitur, quædam aëris pars pertrahitur. Facultas autem animæ eſt, quæ reſpirandi cauſam affert. Hæc enim eſt quæ mouet inſtrumenta reſpirationis, per muſculos, & in primis thoracem, cum quo vnà mouetur pulmo, & aſperæ arteriæ quæ ſunt pars pulmonis. Nam aſperæ arteriæ quæ pars cartilaginoſa eſt, vocis eſt inſtrumentum, D membranoſa autem, ipſius ligamenta reſpirationis. Quod autem ex his vtriſque, hæc ipſa arteria eſt, vocis ſimul mittendæ, & reſpirandi inſtrumentum. Eſt ergo pulmo contextum quippiam è quatuor, ex aſpera arteria & læui, & vena, & ſpumoſa carne pulmonis, quæ caro inſtar ſtœbæ explet loca illius contexti quæ ſunt inter duas arterias, & venam, vt velut illorum ſedes E ſit, & ligamentum. Concoquit autem naturaliter caro pulmonis ſpiritum, vt iecur, ſuccum è ventre attractum. Et propterea, vt iecur, extremis ſuis fibris ventrem egentem caloris complectitur, ita pulmo medium cor comprehendit, quod opus habet refrigeratione, quam adfert reſpiratio. Continens eſt aſperæ materiæ bronchus, qui ex tribus magnis cartilaginibus conflatus eſt: broncho guttur, gutturi os, & nares: nam vtroque horum extrinſecus aërem ducimus, qui hinc per cribroſum aut ſpongioſum os fertur: quod perforatum eſt,

Reſpirationis tres ſunt cauſæ.

Reſpiratio neceſſaria.

ne ab immoderata aëris qualitate cerebrum lædatur, ſi cõfertim ſpiritus in ipſum influat. Hîc quoque Deus naribus & ad reſpirationem, & ad odoratum vſus eſt, vt lingua, & ad vocem mittendam, & ad guſtandum, & ad mandendum. Itaque partes hæ, quarum, & vt ſit animal, neque neceſſariis vitæ vſibus ſpolietur, poteſtas eſt, cum animæ facultatibus diſpertitæ ſunt. Quod ſi verò quid prætermiſſum eſt, ex his quæ iã dicta ſunr, facilè perſpici poterit: ſed vt in omnibus quæ facta ſunt, alia ſua cauſa facta ſunt, alia & ſua cauſa & aliorum, alia aliorum tantùm cauſa, aliis accidit vt obiter exiſterent: ita in partibus animalium, eundem ordinem reperies. Nam omnia illa inſtrumenta quæ diximus, trium principiorum, quæ animal gubernant, ſua cauſa generata ſunt. Præcipua enim ratione & primario loco ſunt condita, quæ & ſecundùm naturam propriè dicuntur, & in vtero ex ipſo ſemine, quemadmodum & oſſa, orinntur. Flaua autem bilis & per ſe, & propter aliud conſtituta eſt: nam ad concoctionem confert, & depulſionem excrementorum mouet: ideóque fit quodammodo vna de partibus nutrientibus, quinimo & calorem quendam præbet corpori, vt vitalis facultas. Ac his quidem de cauſis, propter ſe videtur extitiſſe: ſed quia ſanguinem purgat, ſanguinis cauſa quodammodo viderur eſſe facta.

Lien. Lien etiam non parum ad concoctionem conducit. Cùm enim natura ſit acidus, & acerbus, & emiſſionem ſuperflui humoris nigri in aluum profundat, conſtringit eam & firmat, & ad concoctionem excitat. Præterea purgat iecur, & idcirco quodammodò videtur ſanguinis gratia eſſe genitus. Renes etiam ſanguinis purgamentum ſunt, & commiſcendorum corporum libidinem efficiunt. Nam venæ quas dicimus incidere in teſtes, per renes tranſeunt, & inde hauriunt acrimoniam quandam, quæ irritat appetitum, quomodo acrimonia illa quæ ſub cute fuerit, pruritum gignit. Quo autem teſtium caro, cute eſt mollior, eo magis dum ab acrimonia mordentur, inanem pariunt mittendi ſeminis cupiditatem. Hæc igitur & ſimilia aliquomodo, & propter ſe, & propter alia facta ſunt. Glandes autem & caro aliorum gratia tantùm. Nam glandes vehiculum ſunt, & firmamentum vaſorum, ne diſrumpantur, dum in violentis motibus ſublimia feruntur. Caro tegumentum eſt facta cæterarum partium, vt & æſtate animal refrigeret, interiorem humorẽ emittens, & hyeme lanarum conſtipatarum vſum ipſi præbeat.

Cutis. Cutis quoque tegmen eſt, & mollioris carnis, & omnium aliorum quæ intus incluſa ſunt. Carnis autem natura, tum ab aëre, tum ab iis quæ ad eam ſe applicant corporibus, calloſa eſt. Oſſa verò ſunt firmamentum totius corporis, maximéque ſpina dorſi, quam & carinam animalis eſſe aiunt.

A ἵνα ἐν ταῖς ὑπερβολαῖς τῆς κατὰ ποιότητα τοῦ ἀέρος μηδὲν ὁ ἐγκέφαλος βλάπτηται, ἀθρόως τοῦ πνεύματος ἐμπίπτοντος εἰς αὐτόν. συνεχρήσατο δὲ καὶ ἐνταῦθα τῇ ῥινὶ πρός τε τὴν ἀναπνοὴν καὶ τὴν ὄσφρησιν ὁ δημιουργὸς ὡς τῇ γλώττῃ πρός τε τὴν φωνὴν καὶ τὴν γεῦσιν καὶ τὴν διαμάσησιν. τὰ μὲν οὖν * κυριώτατα μόρια πρός τε τὴν ὕπαρξιν αὐτῶν καὶ πρὸς τὰς ἀναγκαίας τοῦ βίου χρείας ταῖς ψυχικαῖς συνδιῄρηται δυνάμεσιν. εἰ δέ τι καὶ παραλέλειπται, ἐκ τῶν ἤδη λεχθέντων εὐσυνοπτότερον ἔσται. ὥσπερ δὲ πάντων τῶν γινομένων, τὰ μὲν δι' ἑαυτὰ γέγονε, B τὰ δὲ δι' ἑαυτὰ καὶ δι' ἕτερα, τὰ δὲ, δι' ἕτερα μόνον, τὰ δὲ κατὰ συμβεβηκὸς παρυφίσταται· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν μορίων τοῦ ζώου τὴν αὐτὴν εὑρήσεις ἀκολουθίαν. τὰ μὲν εἰρημένα πάντα τῶν τριῶν ἀρχῶν ὄργανα τῶν διοικουσῶν τὸ ζῶον δι' ἑαυτὰ γέγονε. ταῦτα γὰρ προηγουμένως καὶ κατὰ πρῶτον λόγον κατεσκεύασται, ἃ καὶ κατὰ φύσιν κυρίως λέγεται καὶ ἐν τῇ μήτρᾳ ἐξ αὐτοῦ τοῦ σπέρματος λαμβάνει τὴν γένεσιν ὡς καὶ τὰ ὀστέα. ἡ δὲ ξανθὴ χολὴ καὶ δι' ἑαυτὴν καὶ δι' ἄλλο. καὶ γὰρ πρὸς πέψιν συντελεῖ καὶ κινεῖ τὴν ἔκκρισιν καὶ γίνεται κατὰ ταῦτα τρόπον τινὰ τῶν θρεπτικῶν ἕν τι μόριον· οὐ μόνον ἀλλὰ καὶ θερμασίαν τινὰ C παρέχει τῷ σώματι, καθάπερ ἡ ζωτικὴ δύναμις. τούτων μὲν οὖν ἕνεκα δι' ἑαυτὴν δοκεῖ γεγενῆναι· ἐπεὶ δὲ καθαίρει τὸ αἷμα, διὰ τοῦτό πως δοκεῖ γεγενῆναι καὶ ὁ σπλὴν δὲ οὐ μικρὰ πρὸς πέψιν συμβάλλεται· ὀξώδης γὰρ ὢν καὶ στρυφνὸς τὴν φύσιν, καὶ τὴν ἔκκρισιν τοῦ περιττεύοντος χυμοῦ τοῦ μέλανος εἰς τὴν γαστέρα προχέων, στύφει τε αὐτὴν καὶ τονοῖ καὶ πρὸς τὰς πέψεις διεγείρει. πρὸς τούτοις δὲ καὶ καθαίρει τὸ ἧπαρ· διὸ καὶ αὐτὸς δοκεῖ πως διὰ τὸ αἷμα γεγενῆναι· καὶ οἱ νεφροὶ δὲ τοῦ τε αἵματος καθαρτικοί D εἰσι καὶ τῆς ὀρέξεως τῆς κατὰ τὴν συνουσίαν αἴτιοι. αἱ γὰρ φλέβες, αἱ λεγόμεναι ἐμπίπτειν εἰς τοὺς διδύμους, διὰ τῶν νεφρῶν διεξέρχονται κἀκεῖθεν ἀρύονται δριμύτητά τινα τὴν ἐρεθίζουσαν τὴν ὄρεξιν, ὥσπερ καὶ τὸν κνησμὸν ἡ δριμύτης ὑπὸ τὸ δέρμα γινομένη ποιεῖ. ὅσῳ δὲ τῶν διδύμων ἡ σὰρξ ἁπαλωτέρα τοῦ δέρματός ἐστι, τοσούτῳ πλέον ὑπὸ τῆς δριμύτητος δακνόμενοι ἐμμανῆ ποιοῦσι τὴν ἐκκρίσεως τῆς γονῆς τὴν ἐπιθυμίαν. ταῦτα μὲν οὖν καὶ τὰ τοιαῦτα τρόπον τινὰ καὶ δι' ἑαυτὰ καὶ δι' ἄλλα γέγονεν· οἱ δὲ ἀδένες καὶ ἡ σὰρξ δι' ἄλλα μόνον. οἱ μὲν γὰρ ἀδένες ὄ- E χημα καὶ στήριγμα τῶν ἀγγείων εἰσίν, ἵνα μὴ διαρραγῇ μετέωρα * φερόμενα ἐν ταῖς βιαίοις κινήσεσιν. ἡ δὲ σὰρξ γέγονε σκέπασμα τῶν ἄλλων μορίων, ἵνα καὶ θέρους ἀναψύχῃ τὸ ζῶον νοτίδας ἔσωθεν ἐκπέμπουσα, καὶ χειμῶνος τὴν τῶν πιλητῶν ἐρίων αὐτοῖς παρέχῃ χρείαν. καὶ τὸ δέρμα δὲ σκέπασμα γέγονε καὶ τῆς ἁπαλῆς σαρκὸς καὶ τῶν ἄλλων πάντων τῶν ἔνδοθεν. ἔστι δὲ τὴν φύσιν ἡ σὰρξ ὑπό τε τοῦ περιέχοντος τῶν προσομιλούντων σωμάτων τυλωθεῖσα. τὰ δὲ ὀστᾶ στήριγμα τοῦ παντὸς σώματός ἐστι, καὶ μάλιστα ἡ ῥάχις, ἣν καὶ τρόπιν τοῦ ζώου φησὶν εἶναι.

* κυριώτατα

* φερόμενα

Vngues

οἱ ὄνυχες δέ, καὶ κοινὴν μὲν πᾶσι τοῖς ἔχουσι παρέχονται χρείαν τὴν τοῦ κνήθεσθαι, καὶ ἰδίαν δὲ παρὰ ταύτην ἄλλοις ἄλλην. πολλοῖς μὲν γὰρ τῶν ζώων ἀμυντήριον ἐδόθησαν ὡς τοῖς καμψώνυξι· καί εἰσιν ὥσπερ ὄργανον τοῦ θυμικοῦ, πολλοῖς δὲ ἀμυντήριόν τε ἅμα καὶ στήριγμα τῆς βάσεως, ὡς τοῖς ἵπποις καὶ πᾶσι τοῖς μονώνυξι· καὶ ἀνθρώποις οὐ μόνον πρὸς τὸ κνήθειν καὶ διαφορεῖν τὴν δριμύτητα τοῦ δέρματος, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν τῶν λεπτῶν ἀντίληψιν. τὰ γὰρ πάνυ λεπτὰ δι' αὐτῶν ἐπαίρομεν· καὶ ταῖς ἄκραις δὲ τῶν δακτύλων ὄπισθεν ἀντιβαίνοντες, στηρίζουσι τὴν λαβὴν αὐτῶν. αἱ δὲ τρίχες κατὰ συμβεβηκὸς παρυπέστησαν. τῶν γὰρ ἀτμῶν τῶν καπνωδεστάτων τῶν ἀναπεμπομένων ἐκ τοῦ σώματος πῆξίν τινα λαμβανόντων, κατὰ συμβεβηκὸς συνίστανται. οὐδὲ ταύτας δὲ παντάπασιν ἀχρήστους ἐποίησεν ὁ δημιουργός· ἀλλὰ καίτοι κατὰ συμβεβηκὸς γινομένας εἰς σκέπην τε καὶ κάλλος συντελεῖν τοῖς ζώοις παρεσκεύασε. σκέπην μὲν αἰξὶ καὶ προβάτοις, κόσμον δὲ τοῖς ἀνθρώποις· τισὶ δὲ ζώοις κόσμον τε ἅμα καὶ σκέπην ὡς τῷ λέοντι.

Περὶ ἑκουσίου καὶ ἀκουσίου.

ΚΕΦΑΛ. κθʹ.

ΕΠΕΙΔΗ πολλάκις ἐμνημονεύσαμεν ἑκουσίου καὶ ἀκουσίου, ἀνάγκη καὶ περὶ τούτων διαλαβεῖν, ἵνα τῆς ἀκριβοῦς αὐτῶν γνώσεως μὴ διασφαλώμεθα. δεῖ δὲ τὸν μέλλοντα περὶ ἀκουσίου καὶ ἑκουσίου λέγειν, πρότερον ἐκθέσθαι κανόνας τινὰς καὶ γνώμονας, δι' ὧν γνώριμον ἔσται εἴτε ἑκούσιον εἴτε ἀκούσιόν ἐστι τὸ γινόμενον. ἐπεὶ τοίνυν πᾶν ἑκούσιον ἐν πράξει τινί ἐστι, καὶ τὸ νομιζόμενον δὲ ἀκούσιον καὶ αὐτὸ ἐν πράξει ἐστί (δειχθήσεται δὲ τοῦτο μετ' οὐ πολύ) τινὲς δὲ καὶ τὸ ὄντως ἀκούσιον, οὐ μόνον ἐν τῷ πάσχειν, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ πράττειν τίθενται, ὁριστέον πρὸ τῶν ἄλλων τί ἐστι πρᾶξις· πρᾶξίς ἐστιν ἐνέργεια λογική· ταῖς δὲ πράξεσιν ἔπαινος ἢ ψόγος ἕπεται· καὶ αἱ μὲν αὐτῶν μεθ' ἡδονῆς, αἱ δὲ μετὰ λύπης πράττονται· καὶ αἱ μέν εἰσιν αἱρεταὶ τῷ πράττοντι, αἱ δὲ φευκτικαί· καὶ τῶν αἱρετῶν αἱ μὲν ἀεὶ αἱρεταί, αἱ δὲ κατά τινα χρόνον. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν φευκτῶν· καὶ πάλιν αἱ μὲν τῶν πράξεων ἐλεοῦνται καὶ συγγνώμης ἀξιοῦνται· αἱ δὲ μισοῦνται καὶ κολάζονται. ἔστωσαν οὖν γνώμονες τοῦ μὲν ἑκουσίου τὸ πάντως ἐπακολουθεῖν ἔπαινον ἢ ψόγον, καὶ τὸ μεθ' ἡδονῆς πράττεσθαι, καὶ τὸ αἱρετὰς εἶναι τὰς πράξεις τοῖς πράττουσιν, ἢ ἀεὶ ἢ τότε ὅτε πράττονται. τοῦ δὲ ἀκουσίου γνώμονες τὸ συγγνώμης ἀξιοῦσθαι ἢ ἐλέους, καὶ τὸ μετὰ λύπης πράττεσθαι καὶ τὸ μὴ εἶναι αἱρετάς.

A Vngues cōmuniter quidem omnibus in quibus ſunt, præbent vſum fricandi, præterea alium alijs proprium. Multis enim animalibus dati ſunt armorum loco, vt iis quæ aduncos vngues habent, & velut inſtrumentum ſunt eius animæ partis, in qua irarum ardor exiſtit: Multis & armorum loco, & firmandi greſſus cauſa, vt equis & omnibus quæ ſolidam habent vngulam. Hominibus autem dati ſunt, non ſolùm ad fricandum, & pellendam cutis acrimoniam, ſed etiam ad res tenues & minutas capiendas. Quæ enim admodum ſunt exilia, iis attollimus, & pone ſummos digitos contra ſe erigentes eorum comprehēſionem firmant. B Pilis autem accidit, vt obiter exiſterent. Nam vaporibus qui fumoſiſſimi è corpore emittuntur, concreſcentibus, ex accidenti conſtituti ſunt. Quanquam ne iſtos quidem Deus omnino inutiles genuit, ſed etſi ex accidenti creati ſunt, effecit vt animalibus ad tegumentum & ornamentum conferrent: Tegumentum quidem capris & ouibus; ornamentum hominibus: quibuſdam etiam animalibus & ornamento ſimul ſunt, & tegendi vſum præbent, vt leoni.

Vngues.

Pili.

C

De eo quod ſponte & inuitè fit.

Cap. XXIX.

QVONIAM ſæpe eius quod ſponte & inuitè fit, meminimus, neceſſe eſt de his quoque tractare, ne ab exquiſita eorum cognitione aberremus. Oportet autem eum qui de inuitè & ſponte facto dicturus eſt, primùm exponere regulas quaſdam & rationes, per quas quæque res ſponténe an inuitè agatur, cognoſci queat. D Quoniã igitur quidquid ſponte fit, in actione aliqua eſt, & quod inuitè exiſtimatur fieti, in actione quoque ponitur, (quod paulò pòſt oſtēdetur) atque etiam aliqui quod verè inuitè fit, non ſolùm in patiendo, ſed etiam in agendo ponunt, in primis definiendum eſt quid ſit actio. Actio eſt muneris alicuius functio cum ratione. Actiones autem, laus, aut vituperatio conſequitur, & aliæ ipſarum cum voluptate, aliæ cum dolore tranſiguntur, aliæque ſunt optabiles ei qui agit, aliæ fugiendæ. Optabilium autem E quædam ſemper ſunt optabiles, quædam certo quodam tempore: ſimiliter etiam fugiēdarum. Rurſus actionum aliis miſericordia & venia tribuitur, aliæ in odio ſunt, & pœna vindicantur. Sint ergo regulæ cognitionis eius quod ſponte fit, quòd omnino laus aut vituperatio comitetur, & cum voluptate agantur, & optabiles ſint actiones iis qui agunt, aut ſemper, aut tum cùm aguntur. Inuitè autem facti notæ ſunt & indices, quòd veniam aut miſericordiam mereantur, & cum dolore agantur, neque optabiles ſint.

Actio quid.

His ita explicatis, dicamus primùm de eo quòd inuitè fit. A

Τούτων οὕτω διαιρεθέντων λέγωμεν πρῶτον περὶ ἀκουσίου.

De eo quod inuitè fit.

Cap. XXX.

QVOD inuitè fit, partim per vim fit, partim per ignorantiam: atque eorũ quidẽ quæ per vim fiũt, principium efficiendi, extra eſt. Alia enim quæpiã cauſa violẽtiæ eſt, non nos. Itaque definitio eius quod inuitè per vim ſuſcipitur, eſt, cuius principiũ eſt extra, vt nihil ſua voluntate ad actionem conſerat is cui vis infertur. Principiũ hîc pro cauſa efficiente dictũ eſt: verùm quæritur an etiã hæc inuitè fiant, eiectiones onerũ ad quas nautæ deſcendunt aduerſa tempeſtate, aut cùm quis amicorum, aut patriæ cõſeruandæ cauſa rem turpem facit, aut patitur: ſed hæc ſponte potiùs fieri videntur: nam idcirco adiectũ eſt ad definitionem, vt nihil ad actionem ſua volũtate cõferat is cui vis affertur. In huiuſmodi enim caſibus ipſi ſpõte per ſe mouẽt partes eas quę inſtrumenti locũ obtinent, atque ita in mare onera deiiciunt. Quod idẽ accidit iis qui aliquid quod turpe, aut graue ſit, maioris boni gratia perpetiũtur, vt Zeno qui ſuam ipſe linguam dentibus præciſam expuit in Dionyſiũ tyrãnum, ne ei, vlla ratione, tacẽda & recõdita quædã enunciaret. Item Anaxarchus Philoſophus, qui paſſus eſt ſe contundi à Nicocreonte tyrãno, ne amicos proderet. Vniuerſæ igitur, quando aut metu maiorum malorũ elegerit quis minus malum, aut ſpe maioris boni ſumpſerit minus bonũ, quòd aliter conſequi quod vult nõ poſſit, nõ inuitus agit, aut patitur. Facit enim volũtate, & ſoluta eligẽdi optione, ac optabilia ſunt tũ cùm agũtur, etſi per ſe nõ ſint optabilia. Sunt ergo ex eo quod ſpõte, & inuitè, mixta, & tẽperata. Inuitè quidem per ſe, ſponte, eo tempore, ex circunſtãtia. Nam ſine circunſtantia nemo velit hæc agere; ſed hæc ſpõte fieri, laus, aut vituperatio, quæ talibus actionibus tribuuntur, declarãt. Nã eorũ quæ inuitè facimus, nulla erit laus, aut vituperatio. quanquã nõ eſt facilè diſcernere, quid cui pręoptandũ ſit. Oportet tamẽ, vt plurimum, pręturpibus expetere quæ moleſta ſunt, vt Suſanna, & Ioſeph fecerunt. Etſi non ſemper. Nam Origenes, qui ne dedecus & ignominiam ſuſciperet, quam Æthiopes oſtentabãt, diis ſacra fecit, tota cauſa cecidit Ita hęc diiudicare facile nõ eſt. Sed his multo difficilius, manere in eo quod ſemel decretũ ſit. Non enim æquè terrent res graues, atque difficiles dum expectantur, atque dum iam premunt: ſed accidit interdum, vt cùm iudicauerimus, & ſtatuerimus aliquid, nõ ſtemus in eo quod iudicatum ſit, cùm in ipſis malis verſamur, vt quibuſdã contingit martyribus.

Violentum.

B

C

Zeno linguam expuit in Dionyſium.

D

Mixta.

E

Vide Niceph. lib. 5. cap. 32.

Περὶ ἀκουσίου.

ΚΕΦΑΛ. λ'.

ΤΟΥ ἀκουσίου τὸ μὲν κατὰ βίαν, τὸ δὲ κατ' ἄγνοιάν ἐστι. τῶν τοίνυν κατὰ βίαν ἀκουσίων ἡ ποιητικὴ ἀρχὴ ἔξωθέν ἐστι. ἄλλο γάρ τι τῆς βίας αἴτιόν ἐστι καὶ οὐχ ἡμεῖς. ὅρος τοίνυν τοῦ κατὰ βίαν ἀκουσίου ἐστὶν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἔξωθεν μηδὲν συμβαλλομένου κατ' οἰκείαν ὁρμὴν τοῦ βιασθέντος. ἀρχὴ δὲ εἴρηται ἐνταῦθα ἡ ποιητικὴ αἰτία· ζητεῖται δὲ εἰ καὶ ταῦτα ἀκούσιά ἐστιν, οἷον αἱ ἀποβολαὶ τῶν φορτίων ἃς ποιοῦνται οἱ ναῦται χειμῶνι περιπεσόντες· ἢ ὅταν τις αἰσχρὸν πρᾶγμα καταδέξηται παθεῖν ἢ πρᾶξαι ὑπὲρ τοῦ σῶσαι φίλους ἢ πατρίδα. ἐοίκασι δὲ μᾶλλον εἶναι ἑκούσιοι· διὰ τοῦτο γὰρ πρόσκειται τῷ ὅρῳ τὸ, μηδὲν συμβαλλομένου κατ' οἰκείαν ὁρμὴν τοῦ βιασθέντος. ἐπὶ γὰρ τοῖς τοιούτοις ἑκόντες αὐτοὶ δι' ἑαυτῶν κινοῦσι τὰ ὀργανικὰ μόρια· καὶ οὕτω ῥιπτοῦσιν εἰς τὴν θάλασσαν τὰ φορτία. ὁμοίως καὶ οἱ αἰσχρόν τι ἢ δεινὸν ὑπομένοντες διὰ μεῖζον καλόν. ὡς καὶ Ἀνάξαρχος ὁ φιλόσοφος ὑπομείνας πτισθῆναι ὑπὸ Νικοκρέοντος τοῦ τυράννου, ὑπὲρ τοῦ μὴ προδοῦναι τοὺς φίλους· καθόλου οὖν ὅταν ἢ διὰ φόβον μειζόνων κακῶν ἕληταί τις τὸ ἔλαττον κακόν· ἢ δι' ἐλπίδα μείζονος καλοῦ καταδέξηταί τις τὸ ἔλαττον καλὸν, ὃ οὐκ ἔστιν ἄλλως κατορθῶσαι, οὐκ ἀκούσιον ὑπομένει πρᾶξιν ἢ πάθος. ποιεῖ γὰρ κατὰ προαίρεσιν καὶ κατ' ἐκλογήν· καὶ τότε εἰσὶν αἱρεταὶ ὅταν πράττωνται, καθ' ἑαυτὰς οὐκ οὖσαι αἱρεταί. εἰσὶν οὖν μικταὶ ἐξ ἑκουσίου καὶ ἀκουσίου· ἀκούσιοι μὲν καθ' ἑαυτὰς, ἑκούσιοι δὲ τότε διὰ περίστασιν. ἄνευ γὰρ περιστάσεως οὐδεὶς ἂν ἕλοιτο ταῦτα πρᾶξαι. δηλοῖ δὲ καὶ ὁ ἐπὶ ταῖς τοιαύταις πράξεσι γινόμενος ἔπαινος ἢ ψόγος, ὅτι ἑκούσιαι εἰσίν. ἀκουσίων γὰρ ἔργων οὐδεὶς ἔπαινος ἢ ψόγος ἔσται. οὐκ ἔστι δὲ ῥᾴδιον διακρῖναι ποῖον ἀντὶ ποίου αἱρετόν. δεῖ δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ παρὰ τῶν αἰσχρῶν αἱρεῖσθαι τὰ λυπηρὰ, ὡς Σωσάννα καὶ Ἰωσὴφ ἐποίησαν. οὐκ ἀεὶ μέντοι Ὠριγένης γοῦν διὰ τὸ μὴ περιπεσεῖν τῇ αἰσχύνῃ τῇ τῶν Αἰθιόπων, ἐπιθύσας, τοῦ παντὸς ἐξέπεσεν· οὕτως οὐκ ἔστιν εὔκολος ἡ τῶν τοιούτων διάγνωσις. ἔτι δὲ καὶ τούτοις χαλεπώτερόν ἐστι τὸ ἐμμεῖναι τοῖς δόξασιν. οὐ γὰρ ὁμοίως ἐκπλήττει τὰ δεινὰ προσδοκώμενα καὶ ἐπαγόμενα· ἀλλ' ἐνίοτε κρίναντες ἐξιστάμεθα τῆς κρίσεως ἐν τοῖς δεινοῖς γινόμενοι· ὡς ἐπί τινων συμβέβηκεν ἐν τῷ μαρτυρεῖν.

τὴν ἀρχὴν γὰρ καρτερήσαντες, περὶ δὲ τέλος ἐνδόντες ἐν τῇ πείρᾳ τῶν χαλεπῶν ἀπομαλακισθέντες· μηδεὶς δὲ νομίσῃ τῆς ἀκολασίας τὴν ἐπιθυμίαν ἢ τὸν θυμὸν τῶν ἀκουσίων εἶναι πλημμελημάτων, ἐπειδὴ καὶ ταῦτα τὴν ἀρχὴν ἔξωθεν ἔχει τὴν ποιητικήν. τό, τε γὰρ κάλλος τῆς πόρνης ἐξοίστρησεν ἐπὶ τὴν ἀκολασίαν τὸν ἑωρακότα· καὶ ὁ παροξύνας ἐκίνησε τὸν θυμόν. εἰ γὰρ καὶ τὴν ἀρχὴν ἔξωθεν ἔχουσιν, ἀλλ' αὐτοὶ δι' ἑαυτῶν καὶ τῶν ὀργανικῶν μορίων ἐνεργοῦσι· καὶ οὐχ ὑποπίπτουσι τῷ ὅρῳ τοῦ ἀκουσίου· ὁπότε καὶ τῆς ἀρχῆς τὴν αἰτίαν ἑαυτοῖς παρέχονται διὰ φαύλην ἀγωγήν, ὑπὸ τῶν παθῶν ῥᾳδίως αἰχμαλωτιζόμενοι. ψέγονται γοῦν οἱ ταῦτα πράττοντες ὡς ἑκούσιον κακὸν ὑπομένοντες, ὅτι δὲ ἑκούσιόν ἐστι, δῆλον· ἥδονται γὰρ ἐπὶ τῇ πράξει· τὸ δὲ ἀκούσιον λυπηρὸν ἐδείχθη. περὶ μὲν οὖν τοῦ βίᾳ ἀκουσίου, ταῦτα· περὶ δὲ τοῦ δι' ἄγνοιαν, εἰπεῖν ὑπολέλειπται.

Περὶ τοῦ δι' ἄγνοιαν ἀκουσίου.

ΚΕΦΑΛ. λα'.

ΠΟΛΛΑ πράττομεν δι' ἄγνοιαν, ἐφ' οἷς μετὰ τὴν πρᾶξιν χαίρομεν, ὡς ὅταν τις ἄκων μὲν ἐχθρὸν φονεύσῃ, χαίρῃ δὲ ἐπὶ τῷ φόνῳ. ταῦτ' οὖν καὶ τὰ τοιαῦτα καλοῦσιν οὐχ ἑκούσια, οὐ μέντοι καὶ ἀκούσια· καὶ πάλιν πράττομέν τινα δι' ἄγνοιαν, καὶ ἐπὶ τοῖς γινομένοις λυπούμεθα· ταῦτα ἐκάλεσαν ἀκούσια ὅσοις πραχθεῖσιν ἐπακολουθεῖ λύπη. τῶν οὖν δι' ἄγνοιαν δύο ἐστὶν εἴδη· ἓν μὲν τὸ οὐχ ἑκούσιον, ἕτερον δὲ τὸ ἀκούσιον. πρόκειται δὲ νῦν εἰπεῖν περὶ τοῦ ἀκουσίου μόνου. τὸ γὰρ οὐχ ἑκούσιον τοῖς ἑκουσίοις μᾶλλον ὑπάγεται μικτὸν ὑπάρχον. τὴν μὲν γὰρ ἀρχὴν ἀκούσιον ἔχει· τὸ δὲ τέλος ἑκούσιον· ἐξ ἀποβάσεως γὰρ ἑκούσιον γέγονε τὸ ἀκούσιον. διὸ καὶ οὕτως ὁρίζονται τὸ ἀκούσιον. ἀκούσιόν ἐστι τὸ πρὸς τῷ μὴ ἑκούσιον εἶναι, ἐπίλυπόν ἐστι καὶ ἐν μεταμελείᾳ. πάλιν ἄλλο μέν ἐστι δι' ἄγνοιάν τι ποιεῖν, ἄλλο δὲ ἀγνοοῦντα. ἐὰν γὰρ ἐφ' ἡμῖν ᾖ τῆς ἀγνοίας τὸ αἴτιον, ἀγνοοῦντες μὲν ποιοῦμεν, οὐ δι' ἄγνοιαν δέ· ὁ γὰρ μεθύων καὶ θυμούμενος καὶ ποιῶν τι φαῦλον, ὁ μὲν τὴν μέθην, ὁ δὲ τὴν ὀργὴν αἰτίαν ἔχει τῶν ὑπ' αὐτοῦ γινομένων· ἅπερ ἑκούσια ἦν. ἐξῆν γὰρ αὐτῷ μὴ μεθυσθῆναι. αὐτὸς οὖν ἑαυτῷ τῆς ἀγνοίας γέγονεν αἴτιος. ταῦτα οὖν οὐ δι' ἄγνοιαν λέγεται ποιεῖν, ἀλλ' ἀγνοοῦντα πράττειν. ἅπερ οὐκ ἔστιν ἀκούσια, ἀλλ' ἑκούσια. διὸ καὶ ψέγονται παρὰ τῶν χρηστῶν οἱ ταῦτα πράττοντες· εἰ γὰρ μὴ ἐμεθύσθη, οὐκ ἂν ἐποίησεν· ἑκὼν δὲ ἐμεθύσθη, ἑκὼν ἄρα ταῦτα ἐποίησε.

A Nam cùm initio conſtanter toleraſſent, tandem ſuccubuêre, & in ipſo diſcrimine & perpeſſione rerum aſperarum fracti ſunt. Nemo autem exiſtimet, intemperanitæ libidinem, aut iram, peccata eſſe inuitè ſuſcepta: quòd extra principium habeant efficiens. Nam & forma ſcorti, ad intemperantiam, eum qui aſpexit, excitauit; & qui irritauit, iram commouit. Etſi enim principium efficiens habent extra, ipſi tamen per ſe, & partes eas quæ inſtrumenti loco ſunt, agunt: neque ſub definitionem eius, quod inuitè geritur, cadunt, quando B principij cauſam ſibi ipſis præbent, quòd propter malam inſtitutionem, perturbationibus facilè ſuccumbant. Nam vituperantur qui hæc agunt, vt qui malum ſua ſponte contraxerint. Eſſe autem ſponte contractum, cõſtat ex eo quòd actione delectantur. At verò quod inuiti facimus, moleſtum eſſe oſtendimus. De eo ergo quod inuiti per vim agimus, hæc ſint expoſita. Reliquum eſt, vt de eo quod per ignorationem eſt, dicamus.

C

De eo quod inuitè per ignorationem fit.

Cap. XXXI.

MVLTA agimus per inſcientiam, ex quibus poſt actionem voluptatem capimus, vt cùm quis inuitus inimicum interfecerit, cæde tamen eius delectatur. Hæc & id genus alia vocant non ſponte ſuſcepta, nõ tamen etiam inuitè. Item agimus quædam per inſcientiã, quæ facta moleſtiam afferant: hæc vocarunt inuitè facta, quæ perpetrata dolor conſequitur. Eorum ergo quæ fiunt per ignorantiã duæ ſunt ſpecies, vna nõ ſponte factũ, D altera inuitè. Nũc propoſitum eſt, de eo tantùm quod inuitè fit, dicere. Nam quod non ſponte eſt geſtũ, magis reducitur ad id quod ſponte eſt factũ, cùm ſit mixtũ. Nam ſi principium ſpectes, inuitè fit, ſi finem, ſponte. Nã quod inuitè ſuſcipiebatur, exitus fecit vt ſpõte factũ videatur. Quare quod inuitè fit, definiunt etiam ſic; inuitè factũ eſt, quod præterquam quod ſpõte non eſt ſuſceptum, dolorẽ etiam & pœnitendi cauſam affert. *Inuitè factum* Præterea aliud eſt per inſcientiam aliquid facere, aliud inſcientem. Si enim in noſtra poteſtate fuerit inſciẽtiæ cauſa, inſciẽtes quidem facimus, nõ E tamen per inſcientiam. Nã vinolentus, & iratus quiſpiã ſi quid faciat improbè, alter ebrietatem, alter iram cauſam habet eorum quæ facit, quæ ſponte ſuſcepta ſunt: licebat enim illi nõ ebrium fieri. Ipſe ergo ſibi ignorantiæ cauſa eſt. Itaque hæc nõ per inſcientiam dicitur facere, ſed inſciens agere: quæ non inuitè ſed ſpontè fiunt. Quocirca etiam reprehenduntur à viris bonis, qui hæc agunt. Si enim non fuiſſet ebrius factus, non feciſſet: ſponte autem ebrius eſt factus, ſpontè ergo fecit.

Per inſcientiam autem ea facimus, cùm ipſi non præbuerimus cauſam inſcienriæ, ſed ita caſus tulerit: vt in loco cõſueto quiſpiã ſagittam mitrens, patrẽ caſu prætereuntem interfecit. Ex his ergo quæ diximus demõſtratur, eum qui ignorat quę ſunt vtilia, quíque mala eſſe bona opinatur, inuitè nõ agere. Nam illa inſcientia ex eius improbitare proficiſcitur. Itaque iſte vituperatur. Vituperatio porrò, non niſi eorũ eſt quæ ſpontè commiſſa ſunt. Nõ ergo rerum vniuerſarum, & generalium, aut earum quæ fiunt ex electione, ignorantia eſt inuitè ſuſcepta, ſed ſingularũ. Nam ſingula inuiti, vniuerſa ſpõte ignoramus. His itaq; ſic explicatis, dicendum eſt quæ ſint ſingula. Hæc autem ſunt quæ vocantur à Rhetoribus circũſtantiæ, quis, quem, quid, quo, vbi, quãdo, quomodo, quamobrem; vt perſona, factũ inſtrumentum, locus, tempus, modus, cauſa. Perſona quidem, qui facit, aut in quem eſt actio, vt ſi patrem filius inſciẽs percuſſerit. Factum, illud ipſum quod actum eſt, ſi quis cui colaphum impingere voluerit, eum cæcauit. Inſtrumẽtum, ſi lapidem iecit, quòd putarat eſſe pumicem. Locus, ſi dum in angiportum flectit, eum qui occurrerit inſciẽs pulſauerit. Tempus, ſi noctu arbitratus hoſtem, amicum occiderit. Modus, ſi leuirer, ac non magna vi percuſſum interemit. Ignorauit enim leuiter percuſſum, interiturum. Cauſa, ſi quis medicamentum cuipiam veluti ſanaturus dederit, eum verò qui eo medicamento vſus eſt, mors conſecuta ſit, quòd venenum eſſe deprehenſum ſit. Sed hæc quidem omnia, ne inſanus quidem ignorauerit. Qui verò plurima horum, aut potiſſima neſciuerit, per inſcientiam fecit. Sunt autem potiſſima in his, cuius gratia, & quod agitur, id eſt, cauſa & factum.

Singula quæ dicantur.

* παριόντα

A δι' ἄγνοιαν δὲ ταῦτα πράττομεν, ὅταν μὴ αὐτοὶ παράσχωμεν τὴν αἰτίαν τῆς ἀγνοίας, ἀλλ' οὕτως συμβῇ· οἷον ἐν τῷ τόπῳ τις τῷ συνήθει τοξεύων, τὸν πατέρα * παριόντα κατὰ τύχην βαλὼν ἀπέκτεινεν. ἐκ τῶν εἰρημένων οὖν ἀποδείκνυται ὅτι οὐχ ὁ ἀγνοῶν τὰ συμφέροντα, οὐδ' ὁ νομίζων εἶναι τὰ φαῦλα χρηστά, πάντως ἀκούσιον ὑπομένει. τῆς γὰρ αὐτοῦ μοχθηρίας ἐστὶν ἡ ἄγνοια· ψέγεται γοῦν ὁ τοιοῦτος. τῶν δὲ ἑκουσίων ὁ ψόγος ἐστίν. οὐκ ἄρα τῶν καθόλου καὶ γενικῶν ἢ τῶν κατὰ προαίρεσιν ἀ- B κούσιός ἐστιν ἡ ἄγνοια· ἀλλὰ τῶν ἐν μέρει. τὰ μὲν γὰρ καθ' ἕκαστα ἄκοντες, τὰ δὲ καθόλου ἑκόντες ἀγνοοῦμεν. τούτων οὕτω διωρισμένων, ἑξῆς ῥητέον, ποῖά ἐστι τὰ καθ' ἕκαστα. ταῦτα δέ ἐστιν ἃ καλεῖται παρὰ τοῖς ῥήτορσι περιστατικὰ μόρια· τίς, τίνα, τί, τίνι, ποῦ, πότε, πῶς, διὰ τί· οἷον πρόσωπον, πρᾶγμα, ὄργανον, τόπος, χρόνος, τρόπος, αἰτία. πρόσωπον μὲν τὸ ποιοῦν ἢ περί τινα ἡ πρᾶξις, οἷον εἰ πατέρα υἱὸς ἐτύπτησεν ἀγνοῶν· πρᾶγμα δέ, αὐτὸ τὸ πραχθέν, εἰ ῥαπίσαι θέλων ἐτύφλωσεν· ὄργανον δέ, εἰ λίθον ἠκόντισε νομίσας C εἶναι κίσηριν· τόπος δέ, εἰ ἐν τῷ περικλᾶν στενωπὸν, ἔκρουσεν ἀγνοῶν τὸν ἀπαντήσαντα· χρόνος δέ, εἰ ἐν νυκτὶ νομίσας πολέμιον, τὸν φίλον ἐφόνευσεν· τρόπος δέ, εἰ πλήξας ἠρέμα καὶ μὴ ῥαγδαίως ἐφόνευσεν. ἠγνόησε γὰρ εἰ πληγεὶς ἠρέμα τελευτήσει· αἰτία δέ, εἰ ὁ μὲν ἔδωκε φάρμακον ὡς ὑγιάζων, ἀπέθανε δὲ ὁ λαβὼν τὸ φάρμακον, εὑρεθὲν δηλητήριον. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἅμα πάντα οὐδ' ἂν μαινόμενός τις ἀγνοήσειεν· ὁ δὲ τὰ πλεῖστα τούτων ἢ κυριώτερα ἀγνοήσας, οὗτος δι' ἄγνοιαν πεποίηκε· κυριώτερα δέ ἐστιν ἐν τούτοις τὸ οὗ ἕνεκα, καὶ τὸ πραττόμενον· τουτέστιν, ἡ αἰτία καὶ τὸ πρᾶγμα.

D

De eo quod ſponte fit.

Cap. XXXII.

CVm quod inuitè cõmittitur, duplex ſit, per inſcientiam, & per vim: quod ſpõtè committitur, vtrique opponitur. Spõte enim committitur, quod neque per vim, neque per inſcientiã fit. Atque id quidè non per vim fit, cuius principiũ in ipſis eſt. Nõ per ignorantiã verò, ſi quippiam rerũ ſingularũ ignoratum nõ fuerit, per quæ & in quib. eſt actio. Vtroque igitur iũcto ad alterũ, definiuimus ſponte factum, cuius principium in ipſo eſt, ſciẽte ſingula in quibus eſt actio. Quæritur autẽ an quæ natura fiunt, ſpõte fiant, vt concoctio & accretio. Sed hæc neque ſpõte, neque inuitè fieri oſtenduntur. Nã quod inuitè & ſpõte fit ex iis numeratur quæ in nobis ſunt poſita. At verò concoctio, & accretio in nobis ſita non ſunt. Vnde etiam euenit, vt ſi ſingula ignoremus, quòd ea non ſint in noſtra poteſtate,

Spõte factum.

Περὶ τοῦ ἑκουσίου.

ΚΕΦΑΛ. λβ'.

ΤΟΥ ἀκουσίου ὄντος διττοῦ, τοῦ τε δι' ἄγνοιαν καὶ τοῦ κατὰ βίαν· τὸ ἑκούσιον ἀμφοτέροις ἀντίκειται. ἔστι γὰρ τὸ μήτε μετὰ βίας, μήτε δι' ἄγνοιαν γινόμενον· καὶ ἔστι οὐ βίᾳ μέν, E οὗ ἡ ἀρχὴ ἐν αὐτοῖς· οὐ δι' ἄγνοιαν δέ, εἰ μὴ τῶν καθ' ἕκαστά τι εἴη ἀγνοούμενον, δι' ὧν καὶ ἐν οἷς ἡ πρᾶξις. συνθέντες οὖν ἑκάτερον ὁριζόμεθα τὸ ἑκούσιον, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐν αὐτῷ, εἰδότι τὰ καθ' ἕκαστα, ἐν οἷς ἡ πρᾶξις. ζητεῖται δὲ εἰ τὰ φύσει γινόμενα ἑκούσιά ἐστιν· οἷον ἡ πέψις καὶ ἡ αὔξησις. δείκνυται δὲ ταῦτα μήτε ἑκούσια μήτε ἀκούσια· τὸ γὰρ ἑκούσιον καὶ ἀκούσιον ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν ἐστιν· ἡ δὲ πέψις καὶ ἡ αὔξησις οὐκ ἐφ' ἡμῖν. ὅθεν εἰ καὶ τὰ καθ' ἕκαστα ἀγνοοῦμεν, τῷ μὴ ἐφ' ἡμῖν αὐτὰ εἶναι,

οὔτε ἑκούσιά ἐστιν, οὔτε ἀκούσια. τὰ δὲ διὰ θυμὸν καὶ ἐπιθυμίαν ἐδείχθη, ἑκούσια· καὶ γὰρ κατορθούμενα ἐπαινεῖται, καὶ ἁμαρτανόμενα ψέγεται ἢ μισεῖται. καὶ ἡδονὴ καὶ λύπη αὐτοῖς ἐπακολουθεῖ, καὶ ἡ ἀρχὴ ἐν αὐτοῖς ἐστιν. ἐν αὐτοῖς γὰρ ἦν τὸ μὴ ὑπὸ τῶν παθῶν ῥᾳδίως ἁλίσκεσθαι· διὰ γὰρ τῶν ἐθῶν τὰ τοιαῦτα κατορθοῦται. ἄλλως τε, εἰ ταῦτα ἀκούσια, οὐδὲν τῶν ἀλόγων ζώων ἑκουσίως τι πράττει, ἀλλ' οὐδὲ τὰ παιδία. νῦν δὲ οὐχ οὕτως ἔχει· ὁρῶμεν γὰρ ἀκουσίως αὐτὰ ἐπὶ τὴν τροφὴν ἐρχόμενα, καὶ οὔτε βίᾳ (αὐτὰ γάρ ἐστι τὰ δι' ἑαυτῶν ὁρμῶντα) οὔτε δι' ἀγνοοῦντα· τὴν γὰρ τροφὴν οὐκ ἀγνοεῖ. θεωρήσαντα γοῦν τροφὴν ἥδεται, καὶ ὡς ἐπὶ πρᾶγμα γνώριμον ὁρμᾷ, καὶ ἀποτυγχάνοντα λυπεῖται. ἑκουσίου δὲ γινομένης, ἐπιτυγχάνοντος μὲν ἡδονή, ἀποτυγχάνοντος δὲ λύπη· ἐξ ὧν δῆλοι ὡς ἑκούσιον ἔχει τὴν ἐπιθυμίαν καὶ τὸν θυμόν. καὶ γὰρ ὁ θυμὸς μεθ' ἡδονῆς γίνεται· καὶ ἄλλως, ἐάν τις τὰ διὰ θυμὸν καὶ ἐπιθυμίαν ἑκούσια μὴ λέγῃ, ἀναιρεῖ τὰς ἠθικὰς ἀρετάς. ἐν μεσότητι γὰρ αὗται τῶν παθῶν εἰσίν· εἰ δὲ ἀκούσια τὰ πάθη, ἀκούσιοι καὶ αἱ πράξεις αἱ κατὰ τὰς ἀρετάς· καὶ γὰρ αὗται κατὰ πάθος γίνονται. οὐδεὶς δὲ τὸ κατὰ λογισμὸν καὶ προαίρεσιν καὶ δι' οἰκείαν ὁρμὴν καὶ ἔφεσιν, μετὰ τοῦ γνωρίζειν τὰ καθ' ἕκαστα, ἀκούσιον λέγει. ἐδείχθη δὲ καὶ ἡ ἀρχὴ ἐν αὐτοῖς. * ἑκούσια ἄρα· ἐπεὶ δὲ πολλαχοῦ τῆς προαιρέσεως ἐμνημονεύσαμεν, καὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν, διαληπτέον καὶ περὶ προαιρέσεως.

A neque ſponte neque inuitè facere dicamur. Quæ verò per iram & cupiditatem fiunt, ſponte fieri demonſtrauimus. Etenim ſi rectè fiunt, laudantur; ſin ſecus, vituperantur, aut odio habentur. Voluptas etiam & dolor ea conſequitur, & principium in ipſis eſt. In ipſis enim erat, vt nō facilè perturbationibus ſuccumberent. Nam talia per cōſuetudinem ad rectum ſtatum deducuntur. Præterea ſi illa inuitè fiunt, neque beſtia vlla ſponte quid facit, neque paruuli. Nunc non ita ſe habet. Videmus enim illa ſponte ad alimenta accede- B re, & neque per vim (per ſe enim ea mouentur) neque per inſcientiam, quoniam alimentum non ignorant. Nam vbi cibum conſpexerint, voluptate afficiuntur, & velut ad rem notam feruntur, moleſtiámque capiunt ſi non aſſequantur. Atqui eius quod ſponte ſuſcipitur, ſi quod propoſitum eſt conſequimur, nota eſt voluptas, ſin minùs ægritudo. Quæ declarant in illis eſſe cupiditatem & iram ſponte ſuſceptam. Nam ira non ſine voluptate fit. Præterea ſi quis neget ſponte admitti quæ fiunt per iram & cupiditatem, virtutes morales tollit: hæ enim in medio ſunt pertur- C bationum. Quòd ſi verò perturbationes ab inuitis ſuſcipiuntur, etiam actiones quæ ſunt virtutibus congruentes, ab inuitis adminiſtrantur. Eas enim cum perturbatione exequimur. Nemo autem quod ſecundùm rationem, & electionem, & motum internum, & appetitionem fit, vnà cum cognitione ſingulorum, inuitè fieri dicit. Oſtenſum etiam eſt principium in ipſis eſſe: ſpontè ergo fieri dicendum eſt. Quoniam autem multis in locis, electionis, quæ Græcis προαίρεσις eſt, mentionem fecimus: itémque eius quod in nobis eſt D ſitum, etiam de electione tractandum eſt.

* ἑκούσια.

Περὶ προαιρέσεως.

ΚΕΦΑΛ. λγ´.

ΤΙ ἄρα ἐστὶν ἡ προαίρεσις; ἆρα τὸ ἑκούσιον; ἐπειδὴ πᾶν τὸ κατὰ προαίρεσιν, καὶ ἑκούσιόν ἐστιν. ἀλλ' οὐκ ἀντιστρέφει. ὅπερ ἐγίνετο ἄν, εἰ ταυτὸν ἦν ἑκούσιον καὶ προαίρεσις. νῦν δὲ ἐπὶ πλέον εὑρίσκομεν τὸ ἑκούσιον. πᾶσα μὲν γὰρ προαίρεσις ἑκούσιος· οὐ πᾶν δὲ τὸ ἑκούσιον ἐν προαιρέσει· καὶ γὰρ τὰ παιδία καὶ τὰ ἄλογα ἑκουσίως μὲν ποιεῖ, οὐ μὴν καὶ προαιρούμενα· καὶ ὅσα μὲν διὰ θυμὸν πράττομεν μὴ βουλευσάμενοι ταῦτα, ἑκουσίως μὲν ποιοῦμεν, οὐ μὴν κατὰ προαίρεσιν. ἀλλὰ καὶ ὁ φίλος ἡμῖν ἐξαίφνης ἐπέστη· ἑκουσίως μὲν, ὡς ἥδεσθαι· οὐ μὴν δὲ προαιρουμένοις. καὶ ὁ θησαυρὸν ἀπροσδοκήτως εὑρὼν, ἑκουσίως μὲν ἑρμαίῳ περιέτυχεν, οὐ προαιρουμένως δέ·

De electione.

CAP. XXXIII.

QVID ergo eſt electio: an quod ſponte fit? quoniam quicquid ex electione fit, etiam ſponte fit. Sed non contra verum eſt. Quod fieret, ſi idem eſſet ſponte factum & electio. Nunc verò latiùs patere E deprehendimus, quod ſponte fit. Omnis enim electio ſponte ſuſcipitur; non etiam quidquid ſponte ſuſcipitur, electio eſt. Nam pueri & beſtiæ ſponte quidem faciunt, non tamen eligentes. Et quæcumque per iram non deliberatè facimus, ſponte facimus, ex electione non item. Amicus etiam quiſpiam nobis repentè aduenit, ſponte quidem, quoniam gaudemus, non tamen vt qui elegerimus. Et qui prçter expectationem theſaurum inuenerit, ſponte lucrum, necopinatum, nactus eſt, non tamen ex electione.

Itaque ex omnibus iſtis concluditur, non idem valere ſponte factum & electionem. An igitur appetitus eſt electio? At ne hoc quidem verum eſt. Diuiditur enim appetitus in tria, cupiditatem, iram, & voluptatem. Electionem autem, neque iram, neque cupiditatem eſſe, ex eo clarum eſt, quòd homines cum beſtiis nihil habent commune in electione, ſed in ira & cupiditate. Si enim iſtis duobus conuenimus cum beſtiis, electione differimus, aliud eſſe electionem, aliud iram & cupiditatem, perſpicuum eſt. Oſtendit idem incontinens, qui dedit ſe cupiditati: & ex ea agit, non etiam ex electione. Nam in illo electio cupiditati aduerſatur. Quòd ſi idem eſſent, non vtique altera cum altera pugnaret. Et continens etiam qui agit ex electione, ex cupiditate non agit. Iam verò non eſſe voluntatem hinc intelligitur. Non in omnibus in quibus eligere, etiam velle aptè dicitur. Dicimus enim velle nos bonam valetudinem, eligere autem bonam valetudinem nemo dicat. Velle item opulentum eſſe, dicitur: eligere verò opulentum eſſe, non dicitur. Præterea velle etiam in iis quæ fieri non poſſunt, ponitur: eligere in his ſolùm quæ in noſtra ſunt poteſtate. Ita enim loquimur, volo immortalis eſſe: at nemo hoc modo, eligo immortalis eſſe. Voluntas enim finis ipſius eſt, electio eorum quæ ad finem pertinent, ſecundùm eandem nimirum analogiam, quam habet id quod ſub voluntatem cadit, ad id quod ſub conſultationem. Nam ſub voluntatem cadit finis: ſub conſultationem, quæ ad finem referuntur. Præterea ea ſola eligimus, quæ per nos putamus poſſe fieri. Volumus autem etiam ea, quæ per nos fieri non poſſunt, vt ducem quempiam victoria potiri. Non eſſe ergo iram, neque cupiditatem, neque voluntatem, electionem, abundè probatum eſt. Non eſſe autem opinionem, cùm his eiſdem rationibus, tum etiam aliis demonſtratur.

Opinio. Nam opinio non ſolùm eſt rerum, quæ in nobis ſunt ſitæ, ſed etiam æternarum. Præterea opinionem veram dicimus & falſam, electionem veram, & falſam non dicimus. Et opinio quidem rerum eſt vniuerſarum, electio ſingularum. Nam in iis quæ ſub actionem cadunt, electio eſt: cadunt autem ſub actionem res ſingulę.

Conſultatio. Neque item conſultatio eſt electio, ſiue conſilium: Nam conſultatio de rebus cuique agendis quæſtio eſt: Eligi verò dicitur, quod per conſultationem antepoſitum eſt. Quare planum fit, conſultationem eſſe in his quæ adhuc acquiruntur, electionem in iis quæ iam ſunt antepoſita.

Electio quid. Quid ergo non ſit electio, antè dictum eſt: nunc quid ſit dicamus. Eſt igitur mixtum quid ex conſilio, & iudicio, & appetitu; & neque appetitus per ſe, neque cõſilium tantùm,

A ἐκ πάντων οὖν συνάγεται τὸ μὴ ταὐτὸν εἶναι τὸ ἑκούσιον τῇ προαιρέσει. ἆρ' οὖν ὄρεξίς ἐστιν ἡ προαίρεσις; ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο· διαιρεῖται γὰρ ἡ ὄρεξις εἰς τρία, εἰς ἐπιθυμίαν, καὶ θυμόν, καὶ βούλησιν. ἀλλ' ὅτι μὲν οὔτε θυμός, οὔτε ἐπιθυμία ἐστὶν προαίρεσις, φανερὸν ἐκ τοῦ μὴ εἶναι κοινωνίαν τοῖς ἀνθρώποις πρὸς τὰ ἄλογα κατὰ προαίρεσιν, ἀλλὰ κατ' ἐπιθυμίαν καὶ θυμόν. εἰ γὰρ κατὰ ταῦτα μὲν κοινωνοῦμεν, κατὰ δὲ προαίρεσιν διαφέρομεν, δῆλον ὡς ἄλλο μέν τι προαίρεσις, ἄλλο δὲ θυμὸς καὶ ἐπιθυμία· δείκνυσι δὲ καὶ ὁ ἀκρατής, κρατούμενος

B μὲν ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας, καὶ πράττων ταύτην μὴ μέντοι καὶ κατὰ προαίρεσιν. ἀντιβαίνει γὰρ ἐπ' αὐτοῦ ἡ προαίρεσις τῇ ἐπιθυμίᾳ. εἰ δὲ ταὐτὸν ἦσαν, οὐκ ἐμάχοντο· καὶ ὁ ἐγκρατὴς δὲ πράττων κατὰ προαίρεσιν, οὐ πράττει κατ' ἐπιθυμίαν. ὅτι δὲ οὔτε βούλησίς ἐστιν ἡ προαίρεσις δῆλον ἐντεῦθεν. οὐ πᾶσιν οἷς ἁρμόζει τὸ προαιρεῖσθαι, τούτοις ἁρμόζει καὶ τὸ βούλεσθαι. φαμὲν γὰρ βούλεσθαι ὑγιαίνειν, προαιρεῖσθαι δὲ ὑγιαίνειν οὐδεὶς ἂν εἴποι· καὶ βούλεσθαι πλουτεῖν. οὐκ ἔτι δὲ καὶ

C προαιρεῖσθαι πλουτεῖν, λέγεται. καὶ τὸ μὲν βούλεσθαι καὶ ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων τάττεται· τὸ δὲ προαιρεῖσθαι ἐπὶ μόνων τῶν ἐφ' ἡμῖν. οὕτω γοῦν φαμέν, βουλόμεθα ἀθάνατος γενέσθαι, προαιρούμεθα δὲ ἀθάνατος γενέσθαι, οὐ φαμέν. ἡ μὲν γὰρ βούλησις τοῦ τέλους ἐστίν· ἡ δὲ προαίρεσις τῶν πρὸς τὸ τέλος, κατὰ τὴν αὐτὴν ἀναλογίαν ἣν ἔχει τὸ βουλητὸν πρὸς τὸ βουλευτόν· βουλητὸν μὲν γὰρ τὸ τέλος· βουλευτὰ δὲ τὰ πρὸς τὸ τέλος. ἔτι ταῦτα μόνα προαιρούμεθα, ἃ δι' ἡμᾶς οἰόμεθα δύνα-

D σθαι γενέσθαι· βουλόμεθα δὲ καὶ τὰ μὴ δι' ἡμῶν οἷά τε γενέσθαι· ὡς τὸ νικῆσαί τινα στρατηγόν. ὅτι μὲν οὖν οὔτε θυμός, οὔτε ἐπιθυμία οὔτε βούλησίς ἐστιν ἡ προαίρεσις, αὐτάρκως ἀποδέδεικται. ὅτι δὲ οὐ δόξα, δῆλον γίνεται καὶ διὰ τῶν αὐτῶν ἀποδείξεων, καὶ δι' ἑτέρων· ἡ γὰρ δόξα οὐ μόνον τῶν ἐφ' ἡμῖν ἐστίν, ἀλλὰ καὶ τῶν αἰωνίων. ἔτι δὲ δόξαν μὲν ἀληθῆ λέγομεν καὶ ψευδῆ· προαίρεσιν δὲ οὐ λέγομεν ἀληθῆ καὶ ψευδῆ· καὶ ἡ μὲν δόξα τῶν καθόλου· ἡ δὲ

E προαίρεσις, τῶν καθ' ἕκαστα· περὶ γὰρ τῶν πρακτέων ἡ προαίρεσις· ταῦτα δὲ τὰ καθ' ἕκαστα. ἀλλ' οὐδὲ βούλευσίς ἐστιν ἡ προαίρεσις, ἤγουν βουλή. βούλευσις μὲν γάρ ἐστι ζήτησις περὶ τῶν αὐτῶν πρακτέων· προαιρετὸν δὲ τὸ ἐκ τῆς βουλεύσεως προκριθέν. δῆλον οὖν ὅτι ἡ μὲν βούλευσις ἐπὶ τοῖς ἔτι ζητουμένοις· ἡ δὲ προαίρεσις ἐπὶ τοῖς ἤδη προκεκριμένοις. τί μὲν οὖν οὐκ ἔστι ἡ προαίρεσις, εἴρηται· τί δέ ἐστιν, εἴπωμεν. ἔστιν οὖν μικτόν τι ἐκ βουλῆς, καὶ κρίσεως, καὶ ὀρέξεως· καὶ οὔτε ὄρεξις καθ' ἑαυτήν, οὔτε βουλὴ μόνη,

ἀλλ' ἐκ τούτων τὸ συγκείμενον. ὡς γὰρ λέγομεν τὸ ζῶον ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος συγκεῖσθαι· μήτε δὲ σῶμα εἶναι καθ' ἑαυτὸ τὸ ζῶον, μήτε ψυχὴν μόνην, ἀλλὰ τὸ συναμφότερον, οὕτω καὶ τὴν προαίρεσιν. ὅτι μὲν οὖν βουλή τίς ἐστι καὶ βούλευσις μετ' ἐπικρίσεως, εἰ καὶ μὴ αὐτὸ βουλή, φανερὸν καὶ ἐκ τῆς ἐτυμολογίας. προαιρετὸν γάρ ἐστι τὸ ἕτερον πρὸ ἑτέρου αἱρετόν. οὐδεὶς δὲ προκρίνει τι μὴ βουλευσάμενος· οὐδὲ αἱρεῖται μὴ κρίνας. ἐπεὶ δὲ οὐ πάντα τὰ δόξαντα ἡμῖν εὖ ἔχειν εἰς ἔργον ἀγαγεῖν προθυμούμεθα, τότε προαίρεσις καὶ προαιρετὸν γίνεται τὸ προκριθὲν ἐκ τῆς βουλῆς, ὅταν προσλάβῃ τὴν ὄρεξιν. ἀναγκαίως οὖν ἡ προαίρεσις περὶ ταῦτά ἐστι, περὶ ἃ καὶ ἡ βουλή. συνάγεται δὴ ἐκ τούτων προαίρεσιν εἶναι ὄρεξιν βουλευτικὴν τῶν ἐφ' ἡμῖν, ἢ βούλευσιν ὀρεκτικὴν τῶν ἐφ' ἡμῖν. τοῦ γὰρ προκριθέντος ἐκ τῆς βουλῆς ἐφιέμεθα προαιρούμενοι. ἐπεὶ δὲ τὴν προαίρεσιν ἔφαμεν περὶ ταῦτα εἶναι, περὶ ἃ καὶ ἡ βουλή, διασαφήσωμεν περὶ τίνα καταγίνεται ἡ βουλή, καὶ περὶ τίνων βουλευόμεθα.

A ſed quiddam ex his compoſitum. Vt enim dicimus animal ex corpore & anima conſtare, neque tamen animal corpus eſſe, neque animam ſolùm, ſed quod ex vtroque, ſic etiam electionem. Eſſe ergo conſilium qooddam, & conſultationem cum approbatione, etſi non ſit ipſum conſilium, vis nominis ſignificat. Nam eligitur id, quod præ alio legitur. Nemo autem anteponit quid, niſi priùs conſultarit, neque legit, niſi iudicarit. Quooiam autem non omnia, quæ probata ſunt, exequi ſtudemus, tum electio eſt, & eligi dicitur, B quod conſilio antepoſitum eſt, cùm deliberatio appetitum aſſumpſerit. Neceſſariò ergo electio in iis verſatur, in quibus & conſilium. Itaque ex his efficitur, electionem eſſe appetitum cum conſultatione iunctum, earum rerum quæ in noſtra ſunt poteſtate, vel coosultatiooem cum appetitu coniunctam earum rerum quæ in nobis ſuna ſitæ. Nam id quod antepoſitum eſt, per coosultationem, cum electione concupiſcimus. Sed quia electionem diximus in illis verſari, in quibus & coosilium, declaremus in quibus verſetue conſilium, & de quibus rebus conſultemus.

C

Περὶ τίνων βουλευόμεθα.

ΚΕΦΑΛ. λδ'.

ΠΡΙΝ εἰπεῖν περὶ τίνων βουλευόμεθα, βέλτιον διαιρῆσαι, τίνι διαφέρει βουλὴ ζητήσεως. οὐ γὰρ ταυτόν ἐστι βουλὴ καὶ ζήτησις. εἰ καὶ ὁ βουλευόμενος ζητεῖ τι βουλεύεται· ἀλλὰ πολὺ διαφέρει. ζητοῦμεν γὰρ εἰ μείζων ἐστὶ τῆς D γῆς ὁ ἥλιος· ἔστι γὰρ ἡ ζήτησις γένος τῆς βουλῆς· καὶ γὰρ ἐπὶ πλέον λέγεται. πᾶσα μὲν γὰρ βουλὴ ζήτησις τίς ἐστιν· οὐ πᾶσα δὲ ζήτησις βουλή. δέδεικται δὲ τοῦτο. τὸ δὲ σκέπτεσθαί ποτε μὲν ἐπὶ τοῦ βουλεύεσθαι λέγομεν, ὡς σκεπτόμεθα, εἰ δεῖ πλεῦσαι· ποτὲ δὲ ἐπὶ τοῦ κατανοεῖν, ὡς σκεπτόμεθα τὰ μαθήματα, οὐ βουλευόμεθα τὰ μαθήματα. ταρασσόμεθα δὲ πολλάκις ἀδιακρίτως ἀκούοντες τῶν ὀνομάτων, νομίζοντες ταυτὸν τὸ μὴ ταυτόν. τῆς οὖν διαφορᾶς τούτων φα- E νερᾶς γενομένης ῥητέον λοιπὸν περὶ τίνων βουλευόμεθα· βουλευόμεθα οὖν περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν καὶ δι' ἡμῶν δυναμένων γενέσθαι, καὶ ἄδηλον ἐχόντων τὸ τέλος· τουτέστι δυναμένων καὶ οὕτως καὶ ἄλλως γενέσθαι. τὸ μὲν οὖν ἐφ' ἡμῖν εἴρηται, ἐπεὶ περὶ τῶν πρακτέων μόνων βουλευόμεθα. ταῦτα γὰρ ἐφ' ἡμῖν· οὐ γὰρ περὶ τῆς θεωρητικῆς καλουμένης φιλοσοφίας βουλευόμεθα. οὔτε γὰρ περὶ Θεοῦ, οὔτε περὶ τῶν ἐξ ἀνάγκης γινομένων· ἐξ ἀνάγκης δὲ λέγω τὰ

De quibus rebus conſultemus.

CAP. XXXIV.

ANTEQVAM de quibus rebus conſulteamus, exponamus, rectius eſt explicare, in quo conſilium à quæſtione differat: non enim idem ſunt, conſilium & quæſtio; etſi qui conſultat, quærens aliquid conſultat, ſed multum inter ſe differunt. Quærimus enim, an maior ſol terra ſit: Nemo autem dicit, conſultare ſe, an ſit maior ſol terra. Eſt enim quæſtio genus conſultationis: Etenim latiùs patet: omnis enim coosultatio quæſtio quædam eſt, noo omnis autem quæſtio, conſultatio. Atque hoc quidem demonſtratum eſt. Conſiderationis verò nomen, aliquando de conſultatione dicimus, vt conſidero diſciplinas, non conſulto diſciplinas. Turbamur autem ſæpè, dum hæc oomina iodiſtinctè accipimus, idémque eſſe quod noo eſt idem, arbitramur. Horum itaque differentia cùm ſit perſpicua, reſtat vt dicamus, de quibus rebus conſultemus. Coosultamus de iis quæ in nobis ſunt poſita, & per nos fieri poſſuot, & exitum habent incertum, id eſt, quæ ſic, & aliter euenire poſſunt. Dictum eſt de iis quæ in nobis ſunt poſita, quòd de iis ſolis conſultemus, quæ ſub actionem cadunt. Hęc enim in oobis ſita ſunt. Non enim de ea philoſophia deliberamus, in qua conſideratio modò eſt, contemplatióque naturæ. Nam neque de Deo, neque de iis quæ fiunt neceſſariò, deliberatio ſuſcipitur, id eſt, de iis quæ

Conſilium & quæſtio quatenus differunt.

ſemper eodem modo fiunt, vt anfractu annuo: neque de iis quæ quidem non ſemper ſunt, ſed ſemper eodem modo fiunt, vt obitu, ortúque ſolis: neque de iis quæ natura quidem fiunt, non tamen ſemper eodem modo, ſed vt plurimum, vt de canirie ſexagenarij, aut, vt is, qui viginti ſit annos natus, primam barbam emittat: neque item de iis quæ natura quidẽ, ſed aliàs aliter indefinitè fiunt, vt de imbribus, de ſqualloribus, de grãdine: neque poſtremò de his quæ fortuitò fieri dicuntur, quæ in iis ſunt quæ raròcõtingunt. Quamobrem dictum eſt, de iis nos conſultare, quæ in nobis ſita ſunt. Nam non de omnibus hominibus, neque de qualibet re conſultatio inſtituitur, ſed de iis tãtùm quæ in noſtra ſunt poteſtate. Non enim deliberamus, quo modo hoſtes, aut remotæ à nobis gentes rectè rempublicam adminiſtrent, etſi hoc apud illos in cõſultationem veniat. At neque de omnibus quæ per nos geruntur, & in nobis ſita ſunt, conſultamus, ſed adiici oportet, iis quorum exitus incertus eſt. Nam ſi res plana ſit, de eáque conſtat, non conſultamus. Neque enim de operibus, aut actionibus, quæ ſcientia, aut arte inſtituta ſunt, deliberatio eſt. Harum enim rationes terminatæ ſunt, exceptis paucis artibus, quæ coniectura continentur, vt medendi, corporis exercendi, & gubernandi. Nõ enim de illis tantùm conſultamus, ſed de iis quæ cùm in nobis ſint, & per nos gerantur, tũ incertum habent euentum, & ſic, & aliter agi poſſunt. Oſtenſum porrò eſt, neq; de fine, ſed de his quæ ad finem referuntur, conſultationem eſſe. Conſultamus enim, nõ vt diuites ſimus, ſed quomodo, & qua via ad opes ſimus peruẽturi. Atque vt ſummatim dicam, de his tantùm conſultamus, quæ in vtramq; partem

Facultates. æquè contingunt. De quibus etiam hoc loco tractãdum eſt, ne quid noſtra ad perſpicuitatem deſideret oratio. Facultates dicũtur, per quas aliquid facere poſſumus. Nã quidquid facimus, eius facultatem habemus: quorum autem facultatem non habemus, eorũ neque actiones. Quare actio cum facultate, facultas cum ſubſtãtia cõnectitur. Nã & actio à facultate, & facultas à ſubſtãtia, & in ſubſtãtia eſt. Tria ergo hæc ſunt, vt diximus, inter ſe nexa, quód facultatem habet, facultas, quod fieri poteſt. Quod facultatem habet, ſubſtãtia: facultas, à qua vt poſſimus, habemus: quod fieri poteſt, id quod ex facultate naturâ cõparatũ eſt, vt efficiatur. Eorum autem quæ fieri poſſunt, alia ſunt neceſſaria, alia contingentia.

Neceſſaria. *Contingens.* Neceſſaria quidẽ quæ prohiberi nõ poſſunt, aut quorum cõtrarium fieri nequit. Contingens verò quod prohiberi poteſt, vel cuius contrarium fieri poteſt, vt neceſſarium eſt, hominem viuum ſpirare; cuius etiam oppoſitum fieri nequit, viuum non ſpirare: contingens, hodie imbrem eſſe, cuius contrarium quoque fieri poteſt, hodie non eſſe imbrem.

A ἀεὶ ὡσαύτως γινόμενα, οἷον τοῦ κύκλου τοῦ ἐνιαυσίου· οὔτε περὶ τῶν οὐκ ἀεὶ μὲν ὄντων, ἀεὶ δὲ ὁμοίως γινομένων, οἷον δύσεως καὶ ἀνατολῆς ἡλίου· οὔτε περὶ τῶν φύσει μὲν, οὐκ ἀεὶ δὲ ὁμοίως γινομένων, ἀλλ' ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον· οἷον περὶ τοῦ πολιοῦσθαι τὸν ἑξηκοντούτην, ἢ γενειάσκειν τὸν εἰκοσαετῆ· ἀλλ' οὐδὲ περὶ τῶν φύσει μὲν, ἄλλοτε δὲ ἄλλως ἀορίστως γινομένων, οἷον περὶ ὄμβρων, περὶ αὐχμῶν, ἢ χαλάζης. ἀλλ' οὐδὲ περὶ τῶν ἀπὸ τύχης γίνεσθαι λεγομένων, ἅπερ ἐστὶ τῶν ἐπ' ἔλαττον ἐνδεχομένων.

B Διὰ ταῦτα μὲν οὖν τὸ ἐφ' ἡμῖν εἴρηται. τὸ δὲ δι' ἡμῶν, ἐπειδήπερ οὐ περὶ πάντων ἀνθρώπων, οὐδὲ περὶ παντὸς πράγματος βουλευόμεθα, ἀλλὰ περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν γινομένων μόνον. οὐ γὰρ βουλευόμεθα πῶς οἱ πολέμιοι ἢ οἱ μακρὰν ἀπῳκισμένοι καλῶς πολιτεύοιντο. καίτοι τοῦτο παρ' ἐκείνοις βουλευτόν ἐστιν. ἀλλ' οὐδὲ περὶ πάντων τῶν δι' ἡμῶν γινομένων, καὶ ἐφ' ἡμῖν ὄντων βουλευόμεθα, ἀλλὰ δεῖ προσθεῖναι τὸ ἄδηλον ἐχόντων τὸ τέλος. ἐὰν γὰρ ᾖ φανερὸν καὶ ὁμολογούμενον, οὐκ ἔτι βουλευόμεθα· οὔτε γὰρ περὶ τῶν

C κατ' ἐπιστήμην ἢ τέχνην ἔργων ἢ πράξεων ἡ βουλή. ὡρισμένοι γὰρ τούτων οἱ λόγοι πλὴν ὀλίγων τεχνῶν τῶν καλουμένων στοχαστικῶν· οἷον ἰατρικῆς, καὶ γυμναστικῆς, καὶ κυβερνητικῆς. οὐ περὶ τούτων γὰρ βουλευόμεθα μόνον, ἀλλὰ περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν μὲν καὶ δι' ἡμῶν, ἄδηλον δὲ τὸ τέλος ἐχόντων, καὶ δυναμένων καὶ οὕτως καὶ ἄλλως πραχθῆναι. ἐδείχθη δὲ ὡς οὐδὲ περὶ τοῦ τέλους, ἀλλὰ περὶ τῶν πρὸς τὸ τέλος ἡ βουλή. βουλευόμεθα γὰρ οὐ πλουτῆσαι. ἀλλ' ὅπως καὶ δι' ὧν πλουτήσωμεν· συνελόντι δὲ εἰπεῖν, περὶ τούτων μόνων

D βουλευόμεθα, περὶ τῶν ἐπίσης ἐνδεχομένων. καὶ περὶ τούτων δεῖ διαλαβεῖν· ἵνα μηδὲν ἐκλίπῃ τῷ λόγῳ πρὸς σαφήνειαν. δυνάμεις λέγονται, καθ' ἃς δυνάμεθα ποιεῖν· πάντως γὰρ οὗ ποιοῦμεν, δύναμιν ἔχομεν. ὧν δὲ δύναμιν οὐκ ἔχομεν, τούτων οὐδὲ τὰς πράξεις· ἔχεται οὖν ἡ μὲν πρᾶξις, δυνάμεως, ἡ δὲ δύναμις οὐσίας. ἥ τε γὰρ πρᾶξις ἀπὸ δυνάμεως, καὶ ἡ δύναμις ἀπὸ τῆς οὐσίας, καὶ ἐν οὐσίᾳ. τρία οὖν ταῦτά ἐστιν, ὡς ἔφαμεν, ἀλλήλων ἐχόμενα, δυνάμενον, δύναμις, δυνατόν· δυνάμενον μὲν, ἡ οὐσία· δύναμις δὲ, ἀφ' ἧς ἔχομεν τὸ δύνασθαι· δυνατὸν δὲ τὸ κατὰ δύναμιν πεφυκὸς γίνεσθαι. τῶν δὲ δυνατῶν τὰ μέν ἐστιν ἀναγ-

E καῖα, τὰ δὲ ἐνδεχόμενα. ἀναγκαῖα μὲν ἅπερ ἀδύνατον κωλυθῆναι, ἢ ὧν καὶ τὸ ἀντικείμενον ἀδύνατόν ἐστιν. ἐνδεχόμενον δὲ τὸ δυνάμενον κωλυθῆναι, ἢ ὧν καὶ τὸ ἀντικείμενον δυνατόν ἐστι. οἷον ἀναγκαῖόν ἐστιν ἀναπνεῖν ἄνθρωπον ζῶντα· τούτου γὰρ τὸ ἀντικείμενον ἀδύνατόν ἐστι, τὸ μὴ ἀναπνεῖν ζῶντα. ἐνδεχόμενον δὲ, τὸ σήμερον ὄμβρον γίνεσθαι, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀντικείμενον αὐτοῦ δυνατὸν, τὸ μὴ γίνεσθαι σήμερον ὄμβρον.

τὰ λοιπὰ δὲ τῶν ἐνδεχομένων τὰ μὲν ὡς ἐπὶ πολὺ λέγεται, τὰ δὲ ὡς ἐπ' ἔλαττον, τὰ δὲ ὡς ἐπίσης· ἐπὶ πολὺ μὲν, ὡς τὸν ἑξηκοντούτην πολιοῦσθαι· ἐπ' ἔλαττον δὲ, ὡς τινα ἑξηκονταετῆ μὴ πολιοῦσθαι· ἐπίσης δὲ, τὸ περιπατῆσαι καὶ μὴ περιπατῆσαι, καὶ ἁπλῶς πρᾶξαί τι καὶ μὴ πρᾶξαι. περὶ τούτων οὖν τῶν ἐπίσης ἐνδεχομένων μόνον βουλευόμεθα. ἔστι δὲ ἐπίσης ἐνδεχόμενον, ὃ αὐτό τε δυνάμεθα καὶ τὸ ἀντικείμενον αὐτῷ· εἰ γὰρ μὴ ἀμφότερα ἐδυνάμεθα αὐτό τε καὶ τὸ ἀντικείμενον, οὐκ ἂν ἐβουλευόμεθα. οὔτε γὰρ περὶ τῶν ὁμολογουμένων, οὔτε περὶ τῶν ἀδυνάτων τις βουλεύεται. εἰ δὲ τὸ ἕτερον μόνον τῶν ἀντικειμένων ἐδυνάμεθα, τοῦτο μὲν ἦν ὁμολογούμενον καὶ οὐδαμῶς ἀμφίβολον· τὸ δὲ ἀντικείμενον, ἀδύνατον.

A Rurſus contingentium, alia vt plurimum dicuntur, alia rarò, alia æquè in vtramque partem contingere. Vt plurimùm quidem, vt ſexagenarium caneſcere: Rarum, vt aliquem ſexagenariũ non caneſcere. Æquè in vtramque partem, vt, ambulare, & non ambulare, & vt vno nomine dicam, agere aliquid, & non agere. De his igitur ſolis quæ in vtramque partem æquè contingunt, deliberamus. Dicitur autem in vtramque parrem æquè contingere, quod & ipſum poſſumus, & eius contrarium. Si enim vtrumque non poſſemus, cùm ipſum, tum eius contrarium, non ſanè B conſultaremus. Neque enim de his quę certa ſunt, neque de his quæ fieri nequeunt, quis deliberat: quòd ſi alterum modò contrariorum poſſemus, equidem hoc eſſet certum, & minimè ambiguum, eiuſque contrarium fieri non poſſet.

Περὶ εἱμαρμένης.

ΚΕΦΑΛ. λε'.

C ΟΙ τῇ περιφορᾷ τῶν ἄστρων τὴν αἰτίαν τῶν γινομένων πάντων ἐπιγράφοντες, οὐ μόνον ταῖς κοιναῖς ἐννοίαις ἀπομάχονται, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν πολιτείαν ἄχρηστον ἀποφαίνουσιν. ἄτοποι μὲν γὰρ οἱ νόμοι· περιττὰ δὲ τὰ δικαστήρια κολάζοντα τοὺς ἀναιτίους· παράλογοι δὲ οἱ ψόγοι καὶ οἱ ἔπαινοι· ἀνόνητοι δὲ καὶ αἱ εὐχαὶ πάντων καθ' εἱμαρμένην γινομένων. ἐξορίζεται δὲ καὶ πρόνοια μετὰ τῆς εὐσεβείας πρὸς τῷ καὶ τὸν ἄνθρωπον ὄργανον μόνον εὑρίσκεσθαι τῆς ἄνωθεν περιφορᾶς. ὑπὸ ταύτης γὰρ κινεῖσθαι πρὸς τὰς πράξεις οὐ μόνον τὰ μέρη τοῦ σώματος, ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς ψυχῆς D διανοήματα· καὶ ὅλως οἱ ταῦτα λέγοντες, τῷ ἐφ' ἡμῖν συναναιροῦσι καὶ τὴν τοῦ ἐνδεχομένου φύσιν· καὶ οὕτως οὐδὲν ἄλλο ἢ τὸ πάντη λυμαίνονται. ἄδικοι δὲ καὶ αὐτοὶ οἱ ἀστέρες, τοὺς μὲν μοιχοὺς, τοὺς δὲ φονέας ἀπεργαζόμενοι· καὶ πρὸ τούτων ὁ δημιουργὸς αὐτῶν Θεὸς τὴν αἰτίαν ἀποφέρεται· εἰ τοιαῦτα κατεσκεύασεν ἃ τῶν κακῶν ἡμῖν τὴν ἐπιφορὰν ἐξ ἀνάγκης ἐπιτίθησιν, ὡς μὴ μόνον ἐπὶ τῆς πολιτείας ἵστασθαι τὴν τούτων ἀτοπίαν, ἀλλὰ καὶ τῶν μεγίστων κακῶν ἀποφαίνειν αἴτιον τὸν Θεόν. E πρὸς τῷ καὶ ἀδύνατον ἀποδείκνυσθαι τὴν ὑπόθεσιν αὐτῶν· ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὔτε ἀκούειν ἀνεκτὸν, περίδηλον ἔχοντα τὴν ἀτοπίαν, καὶ βλασφημίαν. οἱ δὲ λέγοντες, ὅτι καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν καὶ τὸ καθ' εἱμαρμένην σώζεται (ἑκάστῳ γὰρ τῶν γινομένων δίδοσθαί τι καθ' εἱμαρμένην, ὡς τῷ ὕδατι τὸ ψύχειν, καὶ ἑκάστῳ τῶν φυτῶν τὸ τοιόνδε καρπὸν φέρειν, καὶ τῷ λίθῳ τὸ κατωφερὲς, καὶ τῷ πυρὶ τὸ ἀνωφερὲς, οὕτω καὶ τῷ ζώῳ τὸ συγκατατίθεσθαι,

De fato.

Cap. XXXV.

Fati constitutionem, quæ abſurda ſequantur.

C QVI aſtrorum circumuectioni cauſam omnium quæ fiunt, aſſignant, non ſolùm communibus notionibus aduerſantur, ſed etiam omnem Reipublicæ adminiſtrationem, inutilem reddunt. Abſurdę enim leges, ſuperuacanea iudicia, quæ ab iis pœnam exigant, in quibus nulla culpa ſit. Vituperare quoque, & laudare nulla ratio eſt. Nullus etiam vſus eſt precum, ſi omnia fato adminiſtrantur: ac præterquam quòd inſtrumentum tantùm cœleſtis circumuectionis homo reperitur, etiam exterminatur cum religione, prouidentia: Siquidem à cœlo- D rum motibus non ſolùm partes corporis, ſed etiam animi cogitationes, ad agendum impelluntur. Denique qui iſta diſſerunt, vnà cum libera voluntate, contingentis naturam tollunt, & ſic nihil aliud agunt, quàm quòd vniuerſa labefactant. Iniqua etiam ipſa aſtra, quòd alios mœchos, alios homicidas efficiunt, & præ his architectus eorum Deus: ſi eiuſmodi fecit, quæ mala nobis neceſſariò importarent, vt horum inſulſitas non mo- E dò in Republica verſetur, ſed etiam grauiſſimorum malorum cauſam, Deum efficiat. Quanquam fieri nullo modo poſſe, quod defendunt, ratio conuincit. Verùm iſta ne aures quidem noſtræ ferre debent, quæ perſpicuè abſurda ſunt, & de Dei maieſtate detrahunt. Qui autem vtrumque tenent, & in noſtra poteſtate eſſe aliquid, & fato omnia euenire: (omnibus enim quæ fiunt, datum eſſe aliquid fatale, vt aquæ, refrigerare; cuique ſtirpi, talem fructum edere; lapidi, deorſum ferri: igni, ſurſum; item animali, aſſentiri,

& appetere: & cùm huic appetitui nihil rerum externarum, neque fatū obſtiterit, tum ambulationem in nobis perfectam eſſe, & prorſus deambulaturos) qui hæc dicunt, ſunt autem è Stoicis Chryſippus, & Philopater, aliíque multi, & nobiles, nihil aliud explicant, quàm omnia fato fieri: ſi enim & appetitus aiunt nobis datos eſſe fato, noſque aliquando fato impediri, aliquando non impediri, planum eſt omnia fieri fato, etiam ea quæ in nobis ſita videntur. Rurſus iiſdem rationibus aduerſus eos vtemur, & huius opinionis inſulſitatem demōſtrabimus. Si enim iiſdem cauſis poſitis, vt aiunt ipſi, omnino neceſſe eſt eadem fieri, nec fieri poteſt, vt aliquando ſic, aliquando aliter eueniat, quòd illæ ex æterno tempore præfixæ ſtatutæque ſint, neceſſe eſt, & animalis appetitum omni modo, & ex omni parte, iiſdem cauſis poſitis, ita fieri. Quòd ſi verò etiam appetitus neceſſariò conſequitur, vbi relinquitur quod in noſtra poteſtate eſt? Debet enim eſſe liberum quod in noſtra poteſtate eſt. Eſſet autem liberum, ſi iiſdem poſitis cauſis, in nobis eſſet aliquando appetere, aliquando refugere: at ſi neceſſariò appetitus ſequitur, certè etiā fato fiunt, quæ appetitum ſequuntur, etſi à nobis fiunt, & natura noſtra, & appetitu, & iudicio. Si enim fieri poſſet, vt appetitus non ſequeretur, falſa eſſet hæc enūciatio: Eiſdem cauſis poſitis, eadem ſequi, neceſſe eſſe. In beſtiis & inanimis idem reperietur. Si enim appetitum in noſtra poteſtate ponunt, quoniam naturâ eum habemus, quid prohibet dicere etiam in ignis poteſtate ſitum eſſe vrere: quoniam natura vrit ignis? Quod etiam alicubi oſtendere videtur Philopater, in libro quem de fato conſcripſit. Non ergo quod per nos fato efficitur, in noſtra poteſtate eſt. Nam eadem ratione & in lyræ & in tybiarum & cęterorum inſtrumentorum, omniúmque rationis & animæ expertium, poteſtate, aliquid erit poſitum, cùm aliqui iis ad aliquid efficiendum vtuntur: quod profectò abſurdum eſt.

Contra fatum

A καὶ ὁρμᾶν· ὅταν δὲ ταύτῃ τῇ ὁρμῇ μηδὲν ἀντιπίπτῃ τῶν ἔξωθεν καὶ καθ' εἱμαρμένην, τότε τὸ περιπατεῖν τέλεον ἐφ' ἡμῖν εἶναι, καὶ πάντως περιπατήσομεν) οἱ ταῦτα λέγοντες, εἰσὶ δὲ τῶν Στωϊκῶν Χρύσιππός τε καὶ Φιλοπάτωρ, καὶ ἄλλοι πολλοὶ καὶ λαμπροί, οὐδὲν ἕτερον ἀποδεικνύουσιν, ἢ πάντα καθ' εἱμαρμένην γίνεσθαι. εἰ γὰρ καὶ τὰς ὁρμὰς παρὰ τῆς εἱμαρμένης φασὶν ἡμῖν δεδόσθαι, καὶ ταύτας ποτὲ μὲν ἀπὸ τῆς εἱμαρμένης ἐμποδίζεσθαι, ποτὲ δὲ μή, δῆλον ὡς πάντα καθ' εἱμαρμένην γίνεται, καὶ τὰ δοκοῦντα ἐφ' ἡμῖν εἶναι. καὶ πάλιν δὲ τοῖς αὐτοῖς λόγοις χρησόμεθα πρὸς αὐτοὺς δεικνύοντες τῆς δόξης τὴν B ἀτοπίαν. εἰ γὰρ τῶν αὐτῶν αἰτίων περιεστηκότων, ὥς φασιν αὐτοί, πᾶσα ἀνάγκη τὰ αὐτὰ γίνεσθαι, καὶ οὐχ οἷόν τε ποτὲ μὲν οὕτως, ποτὲ δὲ ἄλλως γενέσθαι, διὰ τὸ ἐξ αἰῶνος ἀποκεκληρῶσθαι ταῦτα, ἀνάγκη καὶ τὴν ὁρμὴν τὴν τοῦ ζῴου πάντῃ τε καὶ πάντως τῶν αὐτῶν αἰτίων περιεστηκότων οὕτως γενέσθαι· εἰ δὲ καὶ ἡ ὁρμὴ ἐξ ἀνάγκης ἐπακολουθεῖ, ποῦ λοιπὸν τὸ ἐφ' ἡμῖν; ἐλεύθερον γὰρ εἶναι δεῖ τὸ ἐφ' ἡμῖν. ἦν δ' ἂν ἐλεύθερον, εἰ τῶν αὐτῶν περιεστηκότων, ἐφ' ἡμῖν ἦν τὸ ποτὲ ὁρμᾶν, ποτὲ μὴ ὁρμᾶν· εἰ δὲ ἐξ ἀνάγκης ἐπακολουθεῖ καὶ τὸ ὁρμᾶν, δῆλον ὡς καθ' εἱμαρμένην καὶ τὰ τῆς ὁρμῆς γενήσεται, εἰ καὶ C ὑφ' ἡμῶν γίνεται, καὶ κατὰ τὴν ἡμετέραν φύσιν καὶ ὁρμὴν καὶ κρίσιν. εἰ γὰρ οἷόν τε ἦν αὐτὴν καὶ μὴ γενέσθαι, ψευδὴς ἂν ἦν ἡ πρότασις ἡ λέγουσα, ὅτι τῶν αὐτῶν περιεστηκότων αἰτίων, ἀνάγκη τὰ αὐτὰ ἕπεσθαι. οὕτω δὲ καὶ ἐπὶ τοῖς ἀλόγοις καὶ ἐπὶ τοῖς ἀψύχοις εὑρεθήσεται. εἰ γὰρ τὴν ὁρμὴν ἐφ' ἡμῖν τάττουσιν, ὅτι φύσει ταύτην ἔχομεν, τί κωλύει καὶ ἐπὶ τοῦ πυρὸς λέγειν εἶναι τὸ καίειν, ἐπειδὴ φύσει καίει τὸ πῦρ; ὡς που καὶ κατεμφαίνειν ἔοικεν ὁ Φιλοπάτωρ ἐν τῷ περὶ εἱμαρμένης. οὐκ ἄρα τὸ δι' ἡμῶν ὑπὸ τῆς D εἱμαρμένης γινόμενον ἐφ' ἡμῖν ἐστι. τῷ γὰρ αὐτῷ λόγῳ καὶ ἐπὶ λύρᾳ καὶ αὐλοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις ὀργάνοις καὶ πᾶσιν ἀλόγοις τε καὶ ἀψύχοις ἔσται τι, ὅταν τινὲς δι' αὐτῶν ἐνεργῶσι· τοῦτο δὲ ἄτοπον.

De fato quod in aſtris ponitur.

CAP. XXXVI.

ADVERSVS ſapientes Ægyptiorum, qui dicunt veram eſſe ſententiam de fato in aſtris poſito, ſed mutari precibus, & procurationibus: eſſe enim etiam horum ipſorum ſiderum cultus quoſdam, qui ea mitigent, aliáſque ſuperiores quaſdam vires, quæ ea poſſint flectere, ideóque precationes, & deorum eſſe cultus inſtitutos: reſpondebimus, eos fatum facere rerum contingentium, non neceſſariarum.

Περὶ τῆς διὰ τῶν ἄστρων εἱμαρμένης.

ΚΕΦΑΛ. λϛʹ.

E ΠΡΟΣ δὲ τοὺς σοφοὺς τῶν Αἰγυπτίων λέγοντας ἀληθεύεσθαι μὲν τὴν διὰ τῶν ἄστρων εἱμαρμένην, τρέπεσθαι δὲ αὐτὴν εὐχαῖς καὶ ἀποτροπιασμοῖς· εἶναι γάρ τινας καὶ τούτων αὐτῶν τῶν ἄστρων θεραπείας τὰς ἐκμειλισσομένας αὐτούς, καὶ ἄλλας τινὰς ὑπερκειμένας δυνάμεις τὰς τρέπειν αὐτοὺς δυναμένας, καὶ διὰ τοῦτο τὰς εὐχὰς καὶ τὰς θεραπείας τῶν θεῶν, καὶ τοὺς ἀποτροπιασμοὺς ἐπινενοῆσθαι, ἐροῦμεν ὅτι τῶν ἐνδεχομένων καὶ οὐχὶ τῶν ἀναγκαίων ποιοῦσι τὴν εἱμαρμένην.

A τὸ δὲ ἐνδεχόμενον, ἀόριστον· τὸ δὲ ἀόριστον, ἄγνωστον. ἀνῄρηται οὖν διὰ τούτων πᾶσα μὲν μαντεία, μάλιστα δὲ ἡ τῶν καλουμένων γενεθλιαλόγων, ἣν αὐτοὶ παρὰ τὰς ἄλλας πρεσβεύουσιν ὡς ἰσχυρόν τι καὶ ἀληθὲς πρᾶγμα. ἐὰν δὲ λέγωσιν ὅτι τὰ τῶν σχημάτων ἀποτελέσματα πρόδηλα, καὶ τοῖς ἐπιστήμοσι γνωρίζεται, ὅταν δὲ τὸ σχῆμα μὴ κατὰ τὴν ἰδίαν δύναμιν ἀποβαίνῃ, Θεὸς ἐκώλυσεν, ἐροῦμεν ὡς καὶ τοῦτο ἄτοπον· πρῶτον, ὅτι τὴν εὐχὴν μόνην ἐφ᾽ ἡμῖν τίθενται καὶ τὴν θεραπείαν τῶν Θεῶν, ἄλλο δὲ οὐδέν. εἶτα διαμφισβητήσομεν πρὸς αὐτούς, πῶς τῶν ἄλλων πασῶν τῶν ἀνθρωπίνων B πράξεών τε καὶ προαιρέσεων, ἐν τῇ ποιᾷ σχέσει τῶν ἄστρων κειμένων, τὸ τῆς εὐχῆς μόνης ἐφ᾽ ἡμῖν ἐστιν; ἄπορον γὰρ διὰ ποίαν αἰτίαν οὕτως ἔχει τοῦτο· καὶ τίς ἡ ἀνάγκη. ἔπειτα, εἰ τέχνη τίς ἐστι καὶ μέθοδος τῶν ἀποτροπιασμῶν ἡ κωλύουσα τὰ περὶ τῆς εἱμαρμένης, πότερον πᾶσιν ἀνθρώποις ἡ μέθοδός ἐστιν ἐφικτή, ἢ τισὶ μέν, τισὶ δὲ οὔ; εἰ γὰρ πᾶσιν, οὐδὲν κωλύει τῷ λόγῳ παντάπασιν ἀνατραπῆναι τὴν εἱμαρμένην, πάντων μαθόντων τὴν τέχνην τὴν κωλύουσαν αὐτῆς τὰ ἀποτελέσματα. εἰ δὲ τισὶ μέν ἐστιν ἐφικτή, τισὶ δὲ οὔ, ποῖος ἄρα καὶ τίς ὁ τοῦτο διορίζων; εἰ μὲν γὰρ αὐτὴ ἡ εἱμαρμένη C τοὺς μὲν ποιεῖ θεραπευτὰς τοῦ θείου, τοὺς δ᾽ οὐ ποιεῖ, εὑρεθήσεται πάλιν ταῦτα πάντα κατὰ τὴν εἱμαρμένην. τὸ γὰρ τῆς εὐχῆς καὶ τῆς θεραπείας, οὐ μόνον ἐφ᾽ ἡμῖν οὐκ ἔλαττον νῦν ἀνεφάνη τῆς εἱμαρμένης, ἀλλὰ καὶ μεῖζον. Εἰ δὲ μὴ εἱμαρμένη, ἀλλ᾽ ἕτερόν τι τούτων αἴτιόν ἐστιν, ἐκεῖνο μᾶλλον εἱμαρμένη φανήσεται. ἐν γὰρ τῷ δύνασθαι δι᾽ εὐχῆς κατορθοῦν ἢ μὴ δύνασθαι, τὸ πᾶν τῆς εἱμαρμένης περιέχεται κράτος. τοῖς μὲν γὰρ δυναμένοις, οὐδὲν ἡ εἱμαρμένη· τοῖς δὲ μὴ δυναμένοις, πάντως καθ᾽ εἱμαρμένην· καὶ εὑρεθήσεται τισὶ μὲν ἀν- D θρώποις πάντα καθ᾽ εἱμαρμένην, τισὶ δὲ οὐδὲν καθ᾽ εἱμαρμένην. καὶ δῆλον ὅτι ὁ τοῦτο ὁρίζων αὐτός ἐστιν ἡ κυριωτάτη εἱμαρμένη· καὶ οὕτω πάντα πάλιν καθ᾽ εἱμαρμένην εὑρεθήσεται, πρὸς τῷ ἄδικον εἶναι τὸν διανέμοντα, εἴτε δαίμων τις εἴη, εἴτε καὶ ἄλλη τις εἱμαρμένη. οὐ γὰρ πρὸς ἀξίαν νέμει τοῖς ἀνθρώποις τὴν τῆς θεραπείας τῶν Θεῶν μέθοδον. τί γὰρ μᾶλλον οὗτος ἄξιος ἢ ἐκεῖνος, πάντων ὀργάνων ὄντων τῆς εἱμαρμένης, καὶ μηδὲν μηδενὸς ἐξ οἰκείας προθέσεως πράττοντος, E μᾶλλον δὲ μὴ προαιρουμένου; οὐ γὰρ τοῖς οὕτω γινομένοις οὐδεὶς οὔτε δίκαιος οὔτε ἄδικος. οὐκοῦν οὔτε ἄξιος οὔτε ἀνάξιός ἐστι χάριτος. ὁ δὲ τοῖς ἴσοις ἄνισα νέμων, ἄδικος.

A At contingens infinitum eſt, infinitum autem incognitum. Itaque cùm omnis diuinatio tollitur, tum maximè eorum qui prædicant, & notant cuiuſque vitam ex natali die, qui γενεθλιαλόγοι dicuntur, quam ipſi præ cæteris, vt validam quandam rem & veram commendant. Si dicant figurarum affectiones eſſe perſpicuas, & à peritis cognoſci, verùm cùm figura non ex propria vi euenerit, Deum prohibuiſſe, etiam hoc abſurdum eſſe reſpondebimus: primùm, quoniam preces ſolas, & deorum cultum, in noſtra poteſtate ſtatuunt, aliud præterea nihil, tum ambigemus cum eis quomodo cùm cæteræ omnes humanæ B actiones & electiones in cuiuſdammodi figura aſtrorum ſint ſitæ, ſola precatio in nobis ſit poſita. Nam dubium eſt cur hoc ita ſe habeat, & quæ cauſa hanc neceſſitatem imponat. Deinde ſi ars quædam eſt, & doctrina iſtarum procurationum, quæ fati vim prohibeat, vtrum omnes homines hanc doctrinam aſſequi poſſunt, an quidam poſſunt, quidam non poſſunt? Si enim omnes poſſunt, nihil prohibet hac ratione quin planè euertatur fatum, cùm omnes artem eam quæ fati affectiones prohibet, didicerint. Sin aliqui aſſequi eam poſſunt, aliqui non poſſunt, qualis C tandem, aut quis eſt, qui hoc præſcribat? Si enim ipſum fatum alios facit cultores numinis diuini, alios non facit, rurſum omnia fato fieri inuenientur. Nam preces & cultum quę in nobis ſunt, non ſolùm non inferiora eſſe fato, ſed etiam ſuperiora iam cognouimus. Si non fatum, ſed aliud quippiam horum cauſa eſt, illud potiùs fatum cenſebitur. Nam in hoc ipſo, quòd per precationem rectè negotium noſtrum agere poſſumus, aut non poſſumus, omnis fati vis continetur. Nam in his D qui poſſunt, fatum nihil eſt: qui non poſſunt, iis omnia fato eueniunt. Et quibuſdam hominibus omnia eſſe fatalia, quibuſdam nihil eſſe fatale, comperiemus. Neque dubium eſt, quin qui hoc præſcribit, ipſe veriſſimum fatum ſit, & ſic omnia denuò fato fieri deprehendentur. Atque iniquus quis eſt qui hoc diſtribuit, ſiue dæmon quis ſit, ſiue aliud fatum quodpiam. Non enim ad dignitatem, colendorum deorum viam hominibus tribuit. Cur enim hîc dignior, quàm ille, cùm omnes ſint inſtrumenta fati, & ni- E hil quiſquam agat de ſententia ſua, imò ne eligat quidem? Nam in his quæ ita fiunt, nemo vel iuſtus vel iniquus eſt. Itaque neque dignus, neque indignus beneficio. Qui autem paribus non tribuit paria, iniquus eſt.

A

De his qui dicunt optionem rerum agendarum in nobis eſſe, exitum verò rerum optatarum in fati poteſtate.

CAP. XXXVII.

QVi autem dicunt optionem rerum agendarum in nobis eſſe, ſed rerum optatarum euentum in fato (ſunt autem hi Græcorum doctiſſimi) partim rectè aiũt, partim falluntur. Nam quòd in noſtra poteſtate ponũt optiones rerum agendarum, non tamen omnino earũ exitus rectiſſimè dicũt: quòd verò fato aſſignent, non rectè. Primùm enim coarguentur quòd imperfectum faciant fatum, ſiquidem hoc habeat, quod non habet: deinde quòd ipſum ſtatuant conſequens quiddam ad noſtram voluntatem. Nam fati opera conſequentia eſſe dicunt volũtati, atque ita moueri potiùs à nobis, quàm mouere nos reperietur. Atque etiam homo fato dominantior eſt, vt qui ipſum ſua optione effingat. Quamobrem rectius eſt dicere, exitus rerũ cauſam in prouidentia conſiſtere. Nam prouidentiæ magis hoc opus eſt, quàm fati. Prouidentiæ enim proprium eſt, pro ſuo cuique commodo tribuere. Eámque ob cauſam exitus earũ rerum, quas ſelegerimus, & optauerimus, pro eo atque vtile futurum ſit, aliquando conſequetur, aliquando non conſequetur. Quòd ſi fatum, quod ſit ſeries quædam cauſarum perpetua (ita enim fatum Stoici definiunt, id eſt, ordinem, & conuexionem immutabilem) non ad vtilitatem cuiuſque, ſed ſuo motu, & neceſſitate, exitus affert, quid dicant de omnino ſtolidis, & ſtultis, eóque ab electione vacuis, vtrùm fato illis adeſt, vt tales ſint, an nõ? Si enim non fato, fatum effugient, ſin fato, neceſſariò ſequitur, ne electionem quidem in noſtra poteſtate ſitam eſſe: Si enim quod electionis eſt expers, ſub fatum cadit, neceſſariò etiam, quod electionis eſt particeps, & ſic ad primorum illorum ſententiam, qui dicunt omnia eſſe à fato, reuoluuntur. Superuacanea etiam pugna eſt in continente & incontinente, rationis & cupiditatis. Si enim neceſſariò conſtitutum, & definitum eſt, hoc agere, hoc non agere, quis vſus eſt diſſenſionis in eo, & diſcordiæ? Quod ſi etiam confatale eſt, non modò agere, ſed etiam ita agere, quid aliud dicit qui ita ait, quàm & electionem fatalem eſſe? Nam electio eſt, quæ cum cupiditate depugnat, & in continentibus ſuperat, in incontinentibus ſuperatur. Quare ſublata eſt eorum ſententia initio poſita, propterea quòd in noſtra poteſtate electio non erit.

Prouidentiæ quid propriũ.

* ἀπαράβατον

Περὶ τῶν λεγόντων τὴν αἵρεσιν τῶν πρακτέων ἐφ' ἡμῖν εἶναι, τὴν δὲ αἱρεθέντων ἀπόβασιν ἐπὶ τῇ εἱμαρμένῃ.

ΚΕΦΑΛ. λζ.

